
7061
III

70.

1927 N° 9.



A6.

Institutiones Rhetoricæ
seu
Artis Oratoriæ
in brevissimum Compendium redactæ
Sub Patrocinio ac Protectione S. Cajetani
Thiennæi Confessoris
pro Commodo
Alumnor. Conventûs Generalis Miechoviensis
Canonicor. Custodum Sacri Hierosolymitani
Sepulchri concinnatæ.-
Ac per Illustrem Reverendum Cajetanum
Godyński
Ejusdem instituti Professum, Sacræ Theologiæ
Professorem actualem.
Die 1ma Novembris Anno Domini 1816
In Conventu Generali Miechoviensi
tradi cœptæ

Ad Charissimos Sacri Ordinis Candidatos, Auditores Rhetorica. –

Quoniam placuit Creatori totius universi Deo, inter cetera admirabilia hominem, qua ad imaginem sui creatum, ab illis ratione ac voce articulata, seu sermone secernere ac distinguere: ratione, ad cognoscenda illa omnia, quæ supra, infra, et penes nos sunt; sermone ad intimas cognitiones nostras aliis communicandas: hinc nemo vestrum inficias ibit, utrumq dotes nobis benignissime a Conditore Universi conatas perficiendas esse. – –

Perficienda ē ratio ⁊ intellectus noster cognitione rer̄ nobis permaxime necessarior̄ Perficiendus ē sermo noster, ut ea quæ noscimus bene, ordinate, ac sufficienter edicamus. Et licet in vitæ statu omnia scitu necessaria cognoscendi, addiscendiq, curare tamen summopere partium nostrarum est, ea quæ noscimus, ut recte disserere valeamus. – Ad hoc unice viam sternit aditumq omnem ars Rhetorica aperit, quæ quodammodo os nostrum novum efformat, et linguas nostras facit ee diversas. Ponamus enim in societate humana, mortalium aliquem summa eruditione conspicuum, sed loquendi facultate destitutum, quatis emolumenti et fructus futura erit eruditio! certe nulla. Scitis et Vos Ordinis nostri Candidati, vi desiderio ferimini utilos, Vos aliquando in Sacro Ordine Nostro futuros, perfectos vestrum, ut ea quæ didiceritis recto sermone proferre valeatis. –

Hunc in finem ego consulendo Profectui vestro curam in me suscepio ut primis saltem labris hanc Artem Oratoriam summopere vobis necessariam degustetis, cujus præstantia insigniter ac Majestuose descripsit Tullius L. 1. de Orat. „Quid est aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine existere unum, qui nihil quod omnibus natura sit datum, ⁊ velox, ⁊ cum pauca facere possit, aut tam jucundum cognitu atq audiru quam sapientibus sententiis gravibusq verbis ornata oratio et perpolita aut tam potens tamq magnificum, quam populi motus, judicum Religiones, Senatus gravitate unius orationē converti? –

Ad Vos autem pertinebit haud parcere labori et sudori ut profectu vestri exultatis ac arrideam hujus disciplinæ viam in qua diligentissime advigetis eloquia Domini, eloquia casta, eloquia Domini igne examinata illaq in laudem Dei Vestram et proximorum salutem omni conamine convertatis. – ıı –

Proœmium seu Apparatus Rhetoricæ

Proœmium seu Apparatum Rhetoricæ vocamus ea omnia, quæ universim ad Artem Rhetoricam pertinent. Sunt autem sequentia quæ prolusionis more quæri possunt.

2. I. Quid est Rhetorica? Est Ars seu Disciplina bene dicendi, hoc est ornate, graviter, et copiose loquendi Quintilianus L. 2. — Rhetorica nomen suum traxit a voce græca ῥέω dico loquor unde Ritor, Rhetor Orator et Ritoriki Ars Oratoria. Vocatur Ars quia certis quibusdam et nunquam fallentibus præceptis continetur. Dicitur Ars bene dicendi quia docet quomodo optimis sententiis verbisque lectissimis dici possit. —

2. Undenam orta Ars illa bene dicendi? Notatio naturæ et animadversio peperit Artem. Cum enim aliqui nativa quadam facultate sine ullo artis subsidio bene dixissent, alii contra invalide omnino et male; exstitit aliquis qui diversimillud observaret attentius; quis causas illius indagaret sedulo; atq ita rem sensim ad Artem ei jam ejecta revocaret, et quasi viam traderet, quæ ad eloquentiam tuto ferret; Unde liquet eloquentiam non esse natam artificio, sed potius artificia ex eloquentia natam atq profectam

3. Quo differunt inter se Rhetor et Orator? Hoc, quod Rhetor ejs qui bene dicendi Præcepta tradit: Orator vero est ejs, qui accommodate ad persuadendum dicere potest; licet persæpe in nomine erret aliud pro alio indiscriminatim accipiendo. —

4. Quis Finis ultimus Artis Oratoriæ? Est persuadere dictione hoc est diserta oratione quemquam impellere ad aliquid vel credendum, vel agendum vel omittendum.

5. Quod est Officium Oratoris? Est dicere ejusmodi ad persuadendum; quod fit docendo, delectando et movendo. Docemus argumentis et argumentatione, delectamus ornatu illustri et ejusdem dicendi genere, flectimus amplificatione et affectibus. Docere necessitatis est, Delectare suavitatis, movere vero seu flectere victoriæ; atq hic demum est verisimilis eloquentiæ triumphus. —

6. Quæ est materia Rhetoricæ? Cum Aristotele: Rhetoricæ materiam esse quamlibet quæstionem ad dicendum propositam: quia ait Cicero L. 2. de Orat: bene dicendi Artem habet definitam aliquam regionem cujus terminis ejecta teneat. — Quæstio autem quæ Oratori ad dicendum proponi potest duplex est: alia est Infinita seu Universalis; alia Finita seu particularis. Quæstio Infinita, quæ vocat etiam Thesis, ea est quæ nulli alligat temporis, loci et personæ circumstantiis; ut si generatim quæratur vitne bellum gerendum vel pax facienda? Quæstio Finita quæ vocat etiam Hypothesis et Causa seu Controversia, ea est quæ universalem quæstionem restringit aut revocat ad certas quasdam personas, tempus, locum, reig circumstantias; ut si quæratur vitne pax nobis facienda iis, quæ ab hostibus ferunt legibus ac conditionibus? Quæstio autem sive Finita sive Infinita sit, dividit quadrifariam: 1mo In quæstionem cognitionis et actionis: Quæstio cognitionis, ea est, quæ continet solius sequelæ rationem: qua sit causa defectus solis. Quæstio actionis cujus Finis est aliquid efficere: ut: accusicat

an liceat vim vi repellere? 2ª Quæstio est vel Principalis vel Incidens: Principalis dicit quæ præcipue venit in controversiam; Incidens vocat quæ tractat propter aliud. —

2. Quot sunt universim genera quæstionum vivæ causæ, in quibus Orator versari potest? = Tria; genus Iudiciale, Deliberativum et genus Exornativum ac Demonstrativum quod ex Græcis vocat Epidicticum. In genere Iudiciali spectat accusatio et defensio: in Deliberativo suasio et dissuasio: In Exornativo laus et vituperium. Unde generis Iudicialis Finis est Æquitas: Deliberativi utilitas, Demonstrativi honestas. Iudiciale genus versat circa tempus præteritum, Deliberativum, circa tempus futurum, Demonstrativum, circa tempus præteritum simul et præsens. —

3. Quæ et quot sunt Primariæ Partes? Quatuor: Inventio, Dispositio, Elocutio, et Pronuntiatio; quia et Oratoris quatuor sunt præcipua officia: 1ª Argumenta invenire, 2ª Inventa excogitare disponere. 3ª Disposita verbis exornare. 4ª Exornata pronuntiare — Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium quæ valeant, tum ad faciendam fidem, ad motus excitandos. Dispositio, est rerum inventarum in ordinem aptum distributio. Elocutio idoneorum verborum et sententiarum ad res inventas accommodatio. Pronuntiatio est vocis, ac corporis ea moderatio, quam res inventa ac verba requirunt.

9. Quibus subsidiis dicta Rhetorica partes comparari possunt? Quatuor: Natura, Arte, Exercitatione et Imitatione. Natura, ex parte animi, celeres confert motus, ad excogitandum acutos, ad ornandum uberes, ad memoriam firmos ac diuturnos, ex parte vero corporis; confert latera firma, vocem canoram, linguam volubilem, aptamque oris ac totius corporis conformationem. Ars, excolit, quæ dedit natura, supplet quæ illi desunt, quæ vero redundant, luxuriantia coërcet, atque corrigit. Verbo: certissimam veluti digito viam monstrat, qua ad eloquentiam tuto perveniat. Exercitatio conservat et auget, quæ ars expolivit aut emendavit in natura. Multi enim naturæ vitium exercitatione sustulere ut Demosthenes et alii: Exercitatio est assiduus usus et consuetudo dicendi vel scribendi; quod quidem valde faut ad eloquentiæ laudem adipiscendam. Unde Cicero: Stylus est optimus dicendi effector et Magister. Triplex est autem exercitationis genus: Scriptionis, actionis et memoriæ. — Imitatio fuit, ut optimo cuique Authori similes in dicendo evadamus, et quas unus in summa diligentia persequamur.

10. Quæ est vera rectaque imitandi ratio? 1ª Cave ne vulgare quoddam ac mediocre tibi proponas exemplum, sed dilige imitandum summum aliquem et excellentem Authorem in quem tota mente intueris. 2 Non optimos solum Authores imitaberis, verum etiam quæ in illis optima sunt, ac præstantissima. 3. Illustria hæc loca, neque puerilitur imitaberis, neque serviliter ac putide, sed illa facies tua ut eruditis et emunctæ naris hominibus appareat imitatio, quæ res omnino alia jam tibi propria esse videatur. Præclarum hoc ac insigne est imitationis exemplum; dixerat olim Tullius Virtus est una altis defixa radicibus, quæ nulla unquam vi labefactari potest Hanc egregiam Tullii sententiam mutatis omnibus verbis expressit Horatius, cum dixit de homine probo, et in colenda virtute constanti. Si fractus illabatur orbis in pavidum ferient ruinæ. — — —

Pars Prima

De vi Oratoris seu Inventione

1. Inventio est excogitatio rerum verarum aut veriſimilium quæ valeant tum ad faciendam fidem, quam ad motus animorum excitandos. Argumentis utunt Rhetores ad fidem faciendâ, amplificatione ad motus excitandos.
2. Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem. Argumentatio vero est fusior ipsius Argumenti explicatio. — —
3. Argumenta quærenda sunt ex locis oratoriis, quorum duplex est genus, alii, qui ex ipsa re, ejusq; quasi visceribus eruunt et propterea appellantur inviti, seu intrinseci petiti; alii qui aliunde erunt et nominantur extrinseci ~~petiti~~ accersiti
4. Loci intrinseci sexdecim numerantur: Definitio, Enumeratio partium, Notatio nominis, Conjugata, Genus, Forma, Similitudo, Dissimilitudo, Contraria, Repugnantia, Adjuncta, Antecedentia, Consequentia, Causæ, Effecta Comparatio. —
5. Loci extrinseci sunt sex: Præjudicia Fama, Fabulæ Jusjurandum, Tormenta, Testes, Huc etiam pertinent. Victoriæ fabulæ, Leges, Sententiæ veterum et similia; De quibus antequam agamus, res videtur exemplo demonstranda.

Caput exemplare

De Ratione eruendi ex locis Oratorijs Argumenta

Ut illud Oratori Forensi propositum ut de juris prudentia ac justitia dicat, ita locos Oratorios alios post alios pervestigare poterit. Locus a Definitione aberem dicendi vegetem suppeditabit: Justitia est Regnorum et Imperiorum moderatrix, scelerū expultrix, virtutū conciliatrix, pacis alumna, concordiæ parens &c. Ex Definitio. Enumeratio partium: subjiciet singulos regni Ordines, quibus justitia prodest: Regibus ad dignitatem, nobilibus ad splendorem, Civibus ad concordiam, populis ad mutuam societatem, improbis ad pœnam, militibus ad obedientiam, omnibus ad felicitatem; &c. Notatio Nominis: Hæc est: Justitia dicitur, quod jus suum cuique tribuat. — Conjugata: Qui Justitia præditus est justus ille dicit, justeq; Rempublicam administrat. Genus: Si extendas Justitiam complecti cæterarum virtutum, dotes et ornamenta. — Species: Cum justitia ipsius quatenus singularis virtus est laudes persequeris, seu qua mente et voluntate in bono dirigit, seu qua Deum ipsum, proximum nosmetipsos spectat. Causæ, Deum Authorem habet Justitia qui similem fecit hominē, qui imago est Divinitatis; ipsa etiam orbis perfectio est ad cujus bonum tota dirigitur. — — Effecta sunt ea: quæ ex Justitia derivantur: pax, tranquilitas, civium pietas, religionis cultus, vitiorum extinctio procreatio virtutum et alia similia. — Antecedentia, complectuntur ea naturæ præsidia et disciplinarum subsidia, quæ ad juris prudentiæ cognitionem, Justitiæque professionem requiruntur. — Consequentia, vel coincidant cum effectis, vel continent laudes quibus ille dignus est, qui hac utraque facultate præstat. — — — Adjuncta sunt ea, quæ cum Juris prudentia societatem habent individuam, veluti studia, Philosophiæ, Historiarum, Legum, Exemplorum et totius antiquitatis notitia. —

Reges

Repugnantia. Quomodo fieri potest, ut vir Legum omnium scientia studens, aut eorum cognitione preditus, obnoxius sit communibus vitiis, ut otio, vita mollioi et aliis. — Similitudo. Talis inolitia potest: Justitia ceteras inter virtutes solis instar obtinet: atq; ut solis presentia nimbos dissipat, tempestates sedat, campis segetes, arboribus fructus, herbis viriditatem parit, orbemq; universum letiorem efficit; ita Justitia imperiis tranquilitatem, pacem rebus publicis conciliat &c: &c: — Dissimilitudo. Ut gentes quibus Justitia non illuxit feram et agrestem traducant vitam, ita e contrario, qui hanc precipuo studio colunt, ceteris humanitate prestant. — Comparatio. Si Fortitudo, prudentia, ceteraq; virtutes, tot laudibus digna sunt, atq; praeconiis quarum est privato cujusq bono consulere: quid justitia, quae omnium communi bonum spectat, omnium utilitatibus provigilit &c: &c: — Contraria. Juris prudentia hominum vecordiam exutit, tollit literarum contemptum: Justitia vero, scelera, dolos, fraudes, rapinas, expellit: Nunc ergo utraq; laudanda. Similiter a locis extrinsecis seu remotis erui possunt argumenta, quibus eadem res confirmetur. Et quidem non inepte Forensis Orator orationem incipiet: Ab Auctoritate Legislatoris alicujus et Philosophi aut Oratoris. Item militaris Orator ab Exemplo et dicto alicujus ducis egregii puta Cesaris; Orator Christianus ab Auctoritate S. Patrum. Huc adde Proverbia, Parabolas, Apologos, Historias et similia. Siciendum est autem non esse necesse hos omnes ita vernaculae investigare, sed eos tantu, qui praestantiora argumenta subministrare possunt. — Sed priusquā ad haec loca singula explicanda deveniemus promittendam censui doctrinam ex parte tertia. de Periodis. —

Caput unicum de Periodo

Periodus definit a Cicerone in libro, qui Orator inscribit N.o 207. Oratio in quosdam quasi orbes inclusa procurrens quod invstat singulis perfectis absolutisq; sententiis. — Vox autem illa et significatio est Metaphorica a ludis Olympiacis deducta in quibus quadrigae a carceribus ad metam pergebant, eamq; circumflectentes ad carcerem redibant. Sic periodus a priori sententia parte quae Prothasis vocat, ducit ad partem sententiae posteriorem quae vocat Apodosis. Huic explicationi congruit ab Aristotele periodi definitio. Dicit enim periodum esse orationem quae initium habet et finem ea vese et eam magnitudinem interjectā quae aspectabilis facile sit. Initium ab Aristotele vocat, post quod aliquid vequi sua sponte debet, et quo vemel posito nihil amplius exquirit. Neque enim sententia quaelibet habere initium et finem dicenda est, licet a quibusdam vocibus in hoc tum et per alias voces desinat vg. si dixeris: virtus multas habet et illecebras, in hac sententia nullum initium aut finis agnoscitur, quia nihil debet vequi, neque quidquam aliud ultra expectatur: sed si dixeris: Cum virtus multas et illecebras habet magnas, tum suspensus erit sensus et expectatur alia sententia, quae priori sententiae et particulae Cum respondeat periodumq; absolvat: tum ab ea tam amanda, quam consectanda, quis temperare possit. et tunc erit vera et genuina periodus habens initium et finem ad Leges Aristotelicae definitionis. Et magnitudinem interjectam quae aspectabilis facile sit: haec verba designant spatium aliquod inter initium finemq; periodi interjectum illud quidem ut et spiritum dicentis juvet, nec aurem audientis aut longiori ambitu obruat aut breviori fallat. Aliter adhuc periodus definitur: Oratio habens sensum et numerum perfectum. —

§. I.o De partibus Periodi

1. Periodus constat certis quibusdam partibus quarum majores appellant membra graece cola minores vero incisa appellantur graece commata. —

2. Membrum seu Colon, est paro periodi continens sensum aliquem sed suspensum ac imperfectum vg. antequam de republica Patres conscripti, dicam ea quæ dicenda hoc tempore arbitror; ecce periodi membrum sed orationis sensus hic non conquiescit. Habebimus periodum absolutum si ad primum illius membrum alterum accedat: Expunam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meæ. — —

3. Incisum seu Comma est paro membri quemadmodum enim in periodo membrū ita in membro continetur Incisum seu ē oratio habens sensum perfectum sed nullū numerum nisi periodus ex multis incisis conflet, quæ simul conjuncta numerū efficiant vg nihil agis, nihil cogitas, quod ego nō videam planeq sentiam.

4. Itaq membrum cum periodo convenit quidem, quod sit oratio habens aliquē sensū ac numerum; diconvenit vero quod sensus ac numerus qui in periodo perfectus est, et absolutus in membro suspensus et imperfectus inveniat; Incisum autem hoc habet commune cum periodo, quod perfectum sensum habeat, ut patet in illa oratione nihil agis: differt ab eadē et a membro pariter quod omni numero propter orationis brevitatē spoliet.

5. Incisa mirū in modū valent cum adversario vehementius et acrius instat Orator: Ita Cicero per incisa Pisonem increpat illum vesim ac pundim ut ita loquar objurgat et ferit „ Nem „ enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, nō dentes putridi decuperant oculi, supercilia „ frons, vultus denig totus, qui vermo quidam taciturnitatis est, hic in fraudem hominis „ impulit: hic eos, quibus fuerat ignotus decepit, fefellit in fraudem induxit. Sanui tua ista „ tua lutulenta noveramus vitia, sanui turpitudinem ingenii, stuporē, debilitatēq; linguæ. — —

§ III^dus De periodorum Divisione

1. Pro Numero et varietate membrorū multiplex est et varia periodus. Alia enim ut quidam volunt, unius membri est, quæ dicit a græcis Monocolos alia bimembris, vis e Dicolos, alia trimembris sive tricolos, alia quadrimembris sive tetracolos. — Adferre non est necesse exemplum periodi unimembris quæ per se clara est ut vg. Virtus habet multas et magnas illecebras. — Exempla periodi bimembris L.l. de Orator: Quid tam est admirabile, quam ex infinita multitudine existere unum; 1. Mem: qui id quod natura sit datum u. voluis u. cum paucis facere possit? 2. Mem: Exempla periodi trimembris pro Ollio N° 2°? Datur enim veniæ omnium huic aliquis ludus ætati: 1. Mem: et ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates 2. M. quæ si iota erumpunt ut nullius vitam labefactant, nullius domum evertant pauci tolerabiles haberi solent 3. Mem: - Ad exemplum periodi quadrimembris sufficiat exordium pro Millone „ Etsi vereor judices ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere; 1 M „ minimeq decet tum T. Annius Milo ipse magis de Reipublicæ salute, quam de sua pertu„ betur, me ad ejus causā parem animi magnitudinem adferre nō posse; 2 M. tamen novi judi„ cii forma tenet oculos; 3 M. qui quocunq inciderint, vetere consuetudinem fori, et pristi„ nam morem judiciorum mirifice videret. 4. Membris. — — —

Quæ vero periodus quatuor membris admodum similibus et ejusdē fere magnitudinis constat vocat Quadrata eadem quæ valde numerosa sit Rotunda dicit. Erit in exemplum hujus generis exordium pro Rabirio Perduelli „ Etsi Quirites non est mea consuetudinis initio dicendi „ rationem dicere, qua de causa quemq defendam; 1. M. propterea quod cum omnibus civibus „ in eos periculis semper satis justam mihi causam necessitudinis esse duxi; 2 M. tamen „ in hac defensione capitis famæ, fortunarū omnium C Rabirii proponenda ratio videtur „ esse officii mei. 3 M propterea quod quæ mihi justissima causa adhuc defendendæ „ vitæ est, eadem ad absolvendum debet videri. 4 M. — Quæ vero periodus sic inter se vic disjuncta membra numerat ut eodem manente sensu et orationis continuitate

pars prior periodi, quæ Prothasis dicitur, collocari possit loco posteriori, quæ appellat Apodosis, et postrema membra fiant prima, vocatur decussata, a vocabulo decussis cujus figuram exhibet numerus et figura denarii X: quæ inversa eadem manet. Talis est periodus illa, quæ initio orationis pro Cecinna legit: „ Si quantum in agro huius deverti audaciæ potest, tantum foro atq; in judiciis impudentiæ valeret; Prothasis non minus in causa caderet Cecinna Abuci impudentiæ quam tum in vi faciendâ esset audaciæ Apodosis. — Nam si Prothasim postponas Apodosi, seu duo prima membra loco posteriorum colloces, et duo posteriora vicissim locum priorem occupent, manebit idem sensus, qui prius vg Non minus in causa caderet Cecinna Sex: Abuci impudentiæ quam tum in vi faciendâ esset audaciæ Apodosis.

2. In Periodo bimembri et quadrimembri facile est invenire Prothasim et Apodosin, nam in periodo bimembri, unum membrum Prothasim alterum Apodosim, pariter in quadrimembri duo membra Prothasim, et alia duo Apodosim constituunt. —

3. At in periodo trimembri cum aliquando Prothasis, aliquando Apodosis producitur inveniat certa super ea re nulla regula dari potest. Ad discernendum tamen attendendum est præsertim ad 2m periodi membrum quod si vinculo aut particula conjunctum aliqua cum 1o membro inveniatur, tunc duo priora membra spectabunt Prothasim: sin ab eo penitus solutum sit, tunc duo posteriora membra pertinebunt ad Apodosim. Hoc planum fiet ex sequentibus exemplis. —

Primum petit ab illa periodo trimembri, quæ legitur pro Archia No 11. „ Nisi multorum præceptis, multisq; literis ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atq; honestatem; 1.M in eam autem pervenienda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atq; exilii parvi ea ducenda; 2.M. Prothasis nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atq; in his profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem 3.M. Apodosis. —

Hic pronum est observare particulam autem in secundo membro positam habere vim connectendi; 2 Membrum cum primo, atq; duo priora membra ad Prothasim referre.

Secus accidit in exemplo sequenti quod ab Oratione pro Quintio No 26 depromptum est: ubi secundum membrum, quia nullo vinculo connectit cum primo censeri debet ad Apodosim pertinere: Etenim si veritate, amicitia, fide societate pietate propinquitas colit; 1.M. Necesse est iste, qui amicum socium affinem, fortuna, et fortunis spoliare conatus est; 2.M. vanum se et perfidiosum et impium esse atq; 3.M. Apodosis.

§ III. De Legibus ac Regulis Periodi.

1. Leges Periodi tres sunt principes No ut illius membra nexibus quibusdam inter se quam aptissime cohæreant aliqui iam non esset Periodus, sed oratio dissipata, dissoluta, et ut ajunt: arena sine calce 2da No ut sensus non sit, nisi in omnium membrorum fine perfectus. 3a No ut pleniore Verborum ambitu, et circulo Periodus concludatur. —

2. Potest fieri Periodus unius etiam membri atq; hæc est illa, quæ ab Aristotele vocat Simplex sive Monocolos. Posset etiam omnino usq; ad finem, aut vix membra vel plura etiam procedere.

Verum

Verum Periodus perfecta, de qua hic vermo tantum est, nec ultra quatuor membra procurrit, nec intra duo contrahit. Ita sentit ipse Tullius, cum ait in Oral: „ Constat illa „ ambitus et plena comprehensio e quatuor ferè partibus, quæ membra dicuntur, ut et „ aures impleat et ne brevior sit, quam satis sit, quam longior. „
Quodsi ut aliquando contingit, ultra quatuor procedatur, ac nihilo tamen minus orbe quodam, circuitu conclusa ferat oratio, verat ambitus sive Oratio Periodica. Ita Cicero pro Archia Poeta „ Si quid est in me ingenii judices, quod sentio, quam sit exiguum aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua „ ab optimarum artium studiis et disciplina profecta, a qua ego confiteor nullum ætatis „ unquam abhorruisse tempus: earum omnium, quarum primus hic M. Licinius fructus a me repetere prope suo jure debebat. —

§. IV. De Artificio Periodi amplificandæ

1. Omnes facili negotio Periodos fundent, si habeant ad manum, et in promptu particulas, et locutiones quasdam conficiendis Periodis mirum in modum idoneas, ejusmodi sunt voces illæ omnes, quæ necessariò quandò habent cum aliis subsequentibus affinitatem v.g. Etsi, quamvis, quamquam, quemadmodum, sicut, cum, quoties, quantum, qualis, quo non minus. quibus respondent: tamen, verumtamen, nihilominus, ita, tum, toties, tantum (talis) eò, quum. — —
In quavis enim Periodo, ut jam diximus partes duæ sunt Protasis et Apodosis. Illa porro de quibus loquimur particulæ suspensæque locutiones, mirum in modum idoneæ sunt ad Protasim, cum Apodosi connectendam, ut videre est in allatis exemplis illo præsertim prolixiore supra, ut de Periodo decussata. —
2. Periodus pulcherrime dilatatur, cum brevis quædam sententia in suas quasi partes distribuit. Ita Tullius paucula hæc verba: Omnes legunt Clodium amplificat per enumerationem partium cui ait ironice nimirum: Clodium defleri a Senatu, ab Equestri Ordine, municipiis a Coloniis, ab agris denique ipsis. —
3. Facile dilatat Periodus per Definitiones, quas vocant conglobatas, per circumlocutionem, et per interpretationem, quæ fit cum res eadem aliis, atque aliis elegantioribus verbis exprimit. Ita Tullius de Julio Cæsare: „ Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis „ infinitas, omni copiarum genere abundantes „

§. V. De Numero et cæteris Virtutibus Periodi.

1. Numerus Periodi de quo hic agitur non est numerus arithmeticus, vel est numerus in harmonia quadam non exquisita, neq canora, qualis est in Poematibus, et canticis, vel ita dissimulata latensq ut tamen sentiatur, et aures mirifica quadam voluptate permulceat. Atque ut exemplo res illustret, suavis admodum est auribusq peregratus Verbor numerus in hac Tullii sententia pro Marcello „ Nulla est tanta vis, tantaq copia, quæ non ferro „ ac viribus debilitari frangiq possit „ Peribit funditus omnis vetustas si inverso numero dicas „ Nulla est vis tanta; et copia tanta, quæ non possit debilitari frangiq viribus „ ac ferro „ Quid item suavius hac altera Ciceronis sententia in Philipp. 2. „ Te miror „ Antoni, quor facta imitere, eor exitus non perhorrescas „ Duæ quidem verba tam apte videntur constructa, ut proclari cujusdam numeri absolutissimum exemplar esse possint. Abibit vero duor omnis, si sublato tam eleganti numero dixeris „ Te miror Antoni non perhorrescas exitus eorum, quor imiteris facta, Tanti nimirum est usta quadam moderatione numeror explere sententias: ut optime notet Quintilianus „ Nec Demosthenes sublimia vibrasse diceretur, nisi numeris vibrata fuissent „ — — —

§. VI. Regulæ 6. quibus reddi potest Periodus Numerosa

1ª Numerosa fiet Periodus si syllabæ breves ac longæ sic temperent alternentq; quodammodo, ut neq; copia brevium incitatior, ac celerior feratur Oratio, neq; longarū multitudine retardata languescant. Concinnam hanc brevium, ac longarum syllabarum temperationem videre est in illis Sullii verbis ad Cæsarē supra jam allatis, „ muisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles locis infinitas, & Aliquando tamen ex arte et industria syllaba breves v longæ, sine illa quam dixi mixtura coacervanţ, ad rei, de qua agit, v celeritatem, v tarditatem exprimendā et oculis quodammodo subiiciendam. Ita Virgilius Æneid: 5 remigantium, Nautarum impetum, navium q velocitatem Dactilor crebritate depingit. —

Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes
Haud mora prosiluere suis, ferit æthera clamor Nauticus —

Item celeritatem Equor in hoc Versu etiam paucis noto

— It clamor, et agmine facto:
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. —

2ª Vocis unius, duar, aut plurium syllabar si commixtæ naveţ inde Oratio vade Numerosa vg „ Vivis et vivis non deponendam, sed ad confirmandam audaciam „ Contra vero crebrare Monosyllabar iteratione quavis exibit, atq; subvallat Oratio vg „ Hauine nos hic
3ª Cadet numerose Periodus si magnificis, ac bene sonantibus verbis terminet, ut illorum hisce exemplis ex Cicerone desumptis „ Quos amicissimos Cives eos non Martis vis „ perculit sed ira victoriæ. Nam qui vos quietis ac tranquillitatis plenissimos fore „ credebat, in eo maximo molis molestiarum, et turbulentissimæ tempestatis existetemi
4ª Nulla res magis facit ad numerum Oratorium quam Verborum splendor „ solum in Periodi clausula, sed etiā in toto quasi illius contextu. Ita Sullius in Pisonem „ Obrepsisti ad honores errore hominum commendatione summarum „ ginum quæ simile habet nihil, præter colorem „ Et in elegantissima illa Periodo pro Sextio „ Nolite pati judices, deos deorum immortalium Vestæq; Matris, quotidianis „ Virginis lamentationibus de Vestro judicio commoveri „ Et in 4. Catil: „ Est enim hoc „ Consilium ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem populi Rom: nomen, „ et ad lamentandam tanti imperii calamitatem, relinquatur „ —

5ª Ut leniter aquabiliterq; fluat Periodus fugiendus est asperior literarum et Vocabulorum concursus, quod è in oratione vitiū v maximū. Incurritur autē in illud vitiū multis modis
1º Cū duæ aut crebrig concurrunt inter se consonantes, qæ stridorem efficiunt: ut Arrostudium Rex Xerxes. —
2º Cum Verbi prioris ultima syllaba fiant prima sequentis ut v ipsi Ciceroni aliquando excidit cū ait „ Res mihi invisa visa est „ Item cū dixit in carmine — O fortunatā natam me Consule Romam.
3º Cū eadē litera v etiā quod pejus è, eadem syllaba crebrius iteratq; quale è illud Ennii Poetæ:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. —

Item illud à eo tritū. — — O Site tute Sati tibi tanta Tyranne tulisti:
4º Cum similiter cadentibus aut desinentibus frequenter aliquot: ut, Amatrices, adjectrices prædigiatrices
6ª Caput illud è n in Periodo solum, sed etiam in omni oratione, ut Latina Constructio quæ maxime distat a vernacula, hoc est ut verba per inversam quam vocant Constructionem

ita

ita trajiciantur, ut quod re ipsa prius est fiat artificiosa quadam Verborum Constructione posterius — Proponunt exempla aliqua. Habet magnum dolorem, unde cum honore divaseris, eodem cum ignominia reverti. Cic. Quod cuiq temporis datum est ad vivendum eo bene utatur. — Quam quisq norit artem in hac ve exerceat — Hac quaero, qui ego sum, esse te. — Fere quem quisq pugnando locum caperat, cum amissa anima tegebat. Sallust. — Id sibi negotii credidit solum dari populo ut placerent, quas fingeret fabulas. Terent. — Quas credis esse has in vunt vera mystice — Quam rem vitio vunt, quaero, animum advertite Terent. —

4. Qua ratione neq numerus dicendi facultas parabitur? Duplici potissimum. 1. Si quo numerosas aliquot et volubiles Sallustii sententias non tegere modo, sed dare etiam voce pronuntiare assueverit: cujusmodi sunt illae supra allatae, vel quas affert Quintilianus „ Omnes prope Civitates virtute, gloria, dignitate superabat. — Steni quae ista, Patris dictum sapiens, temeritas filii comprobavit — 2. Paratur numerosa dicendi facultas, si numerum illum atq concentum imitatione, ac stylo veteris exprimere; quodq idem exercitatione ac usu, qui est optimus dicendi Magister, non ita difficulter consequitur. — Ut enim qui in role ambulat, inquit Sallustius, venustum coloratur; ita cum istos libros lego veritis, orationem meam, illorum quasi cantu colorari „. His de Periodo praenotatis redeamus ad ordinem a nobis praefixum hoc est ad locos internos Oratorios. —

Caput Primum Locus a Definitione

1. Definitio est oratio explicans naturam rei quae definitur, quod sit commune cum aliis, vel ut Cicero fusius describit: Definitio est ea res qa vi teq rei propriq qa definire volumus brevis et circumscripta explicatio.

2. Definitio fit accipiendo aliquid illi rei quae definitur, quod sit commune cum aliis, idq vocat a Philosophis Genus: deinde sumendo aliquid, quod sit eidem particulare, ac proprium, idq ab iisdem Philosophis nominatur Differentia. Sic Rhetorica definitur: Ars bene dicendi. Ars genus est, quia hoc illi est commune cum Grammatica, cum Poesi, Pictura, et ceteris Artibus; bene vero dicere, est illius differentia, quia hoc proprium habet ac unum.

3. Definitio Logica, et Oratoria, est longe diversa. Logici enim jejune et breviter rem definiunt per genus et differentiam. ut Homo est animal rationale. Orator vero liberius et ornatius hominem ita definit per locos Rhetoricos: Homo est eximium Opus a Deo efformatum, rationis particeps, ad imaginem Dei conditum, atq ad immortalitatem natum. Hoc autem Oratorium definiendi genus, ei recte appellare velimus, quod Descriptio potius appellari debet, quam accurata Definitio. —

4. Modis vex fieri potest Descriptio, seu Oratoria Definitio. 1o per partes ex quibus res ipsa constat, ut si dicas: Ars Oratoria est ars, quae constat inventione, dispositione, elocutione et pronuntiatione. 2o Fit per effectus ut cum dicit: Evulsa e pectis anima, Conscientiae labes, vitae pernities, naturae dedecus, orbis ruina, odium Dei. 3o Definitio fit per negationem et affirmationem, cum nempe dicimus, quid non sit res, et ut deinde melius intelligatur quid sit: et hac definiendi ratio Ciceronis per familiaris fuit. Ita Personem probat non fuisse Consulem: „ Fu in lictoribus, in toga, et praetexta esse Consulatum putas? Qua ornamenta, etiam

tiam in Sexto Clodio te Consule ee voluisti. Hujusce Clodiani Gavis insignibus declarari Consulatum putas? Animo Consulem esse oportet consilio, fide, gravitate, vigilantia, toto denique rumore Consulatus. 4= Definitio fit ab Adjunctis. Ita Arithmetica definitem, minus vere quia lepide definies, „ Arithmetica ars vine arte cujus principium e mentiri medio laborare, finis mendicare „ 5= Definitio fit venuste per similitudinem atq metaforas ut si dicas cum Petrarcha: „ Pulentitudinem esse blandum hostem dulcem raptorem tortorem fraudulentum, laqueum pedibus, oculis velum &c. Sed Methophoricis Definitionibus caute admodum utendum e et cum mira valis ut ait Catullus 6= Per Congeriem multo nominii ex quibus rei cognitione facilius devenimus. Ita Cicero Tuscul: Quest: L. 5. Philosophiam definit „ O vita Philosophia dux indagatrix virtutum, vitiorum expultrix, mater omnium artium, quid e aliud ut ait Plato, nisi Deorum inventum.

Caput secundum Locus ab Enumeratione partiu.

1= Enumeratio partium, Est Distributio totius in suas partes, vg Virtus non est fugienda ergo nec Justitia, nec Prudentia, nec Temperantia, nec Fortitudo, nec catere virtutes fugiende sit. 2= Partium Enumeratio e multiplex 1= Cum res in eas distribuit partes ex quibus constat, ut cum homo in corpus, et animam, animus in memoriam, intellectum et voluntatem dividitur. 2da= Enumerationis Species, cum totum dividit in eas partes, quas Philosophi integrantes vocant vg cum corpus dividit in caput, pedes, brachia. 3tia= Cum genus dividit in species suas, ut virtus in Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem et Temperantiam, que sunt quatuor virtutes, ut ajunt Cardinales. 4to= Fit etiam Enumeratio per causas, Sic Cicero pro domo sua remotionis Causarum quas enumerat, ostendit ano Ciceronis odio adductum fuisse Clodium ut tam multa adversus ipsum moliretur N.39. „ Quid enim vos uxor mea miserum violarat, quam vexavistis, rapotavistis, omni crudelitate laceravistis? Quid mea filia, cujus fletus assiduus, vestesq lugubres, vobis erant jucunda, ceterorum omnium mentes oculosq flectebant? Quid parvus filius, quem, quamdiu absui, nemo nisi lacrimantem conspectumq vidit? quid fecerat cum enim toties per invidiam cadere voluistis? Quid frater meus, qui cum aliquantum, post meum discessum ex Provincia venisset, negubi vivendum, nisi me restituto putaret, cum ejus maror, et vgualor incredibilis, et in auditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur, quoties ex vestro ferro armanibus e elapsus „ 5= Fit Enumeratio per Effecta. Ita Divin: in Verrem N.36. enumerat omnia quecung prave ac nequiter facta fuere a verre, variis in Provinciis in quibus nomine Populi Romani Magistratum egerat. „ Putasne te posse quæ Verres in Questura quæ in Legatione, in Pretura, quæ Roma, quæ Italia, quæ in Achaja, Asia, Pamphiliaq patrarit, ea, quemadmodum locis, temporibusq divisa sunt vic crimibus et oratione distinguere? &c. 6= Fit Enumeratio per Congeriem. Ita Catil. 2. N.7. per congeriem Scelera Catilinæ enumerat „ Quid enim mali aut flagitii fingi, aut excogitari potest, quod ille non conceperit? Quis tota Italia veneficus? quis latro? quis vicarius? quis parricida? quis testamentor subjector? quis circumscriptor? quis ganio? quis nepos? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor juventutis? quis corruptus? quis perditus, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur „

Caput

Caput 3um Locus a Notatione Nominis et Conjugatis

1° Utrumq hunc locum ad idem caput revocamus, propterea quam habent inter se affinitatem, cujus utriusq tametsi ramus sit apud Oratore usus, quia levioris è ad persuadendum pondoris; tamen quia plurimum valet, ad delectandum, nonnunquam a nullo ceteriq Oratoribus usurpat.

2° Notatio Nominis seu Etimologia è locus verbor originem et significationem inquirens. Sic Consul a consulendo, Senator a Senibus, Imperator ab imperando dicit. Sic probare possum Imperatore Neronem fuisse eg Ille non fuit Imperator qui sibi non imperavit, sed Nero sibi n imperavit ergo non fuit Imperator &c.

3° Tractari potest Notatio Nominis per Comparationem. 2° di v Personis, v Rei sint Nomina illustria, ita tractabis illa, ut ex singulor interpretatione reddi aliqua commendatio; sin turpia sint aliquo vituperium vg Si quem commendare volueris ab ipso magni Nomine a Comparabis nomen illud cum clarissimis aliis Nominibus, puta cum nomine Pacifici Felicis Pulcri Justi et ostendes Magni Nomen, ceteris omnibus titulis ee praeponendum. 2° Ab ipsa nominis significatione recipiens singillatim omnes illos honores, quibus nomen istud insignitur, ita, ut demonstres aliquid in eo ee oportere, qui tale fert nomen ut rebus in ceteris pariter excellat; sicut quisq magnus est, ad ea quae magna sunt, et illustria, incendi atq inflammari debeat. –

4° Conjugata sunt ea, quae ab uno eodemq nomine seu vocabulo derivant eiq ut communi jugo sunt quasi religata vg Ab ista voce Imperium derivat Impero, Imperator, Si probari potest a Conjugatis Judicem humanum ee oportere vg homo debet ee humanus sed Judex è homo, ergo debet ee humanus. –

5° Egregie hic locus tractari potest. 1° Per Hyperbolem, ut si de impio homine dixeris: Non è tantum impius, sed ipsa impietas. Ita Cicero de Verre N° 26: „Ut mihi non „ unus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi petierunt: sed omnium „ omnis improbitas, id quod Populus Romanus iam diu flagitat, extinguenda atq „ delenda sit. 2° Per Parronomasiam: Sic Cicero de Astrologo loquens; hic ait: „Quid ille „ vir, cognovisset novus Astrologus, qui non tam Coli rationem, quam collati argenti rationem duceret.„ 3° Per Asteismum vice per urbanam aliquam dictionem. Idem Cicero „ Satione vobis magnam pecuniam Veneriis home qui è Chelidonis sinu „ in Provinciam profectus esset, veneris Nomine quaesisse videtur. 4° Per Traductionem; „ ut Phil: II°: 26. „ Quos ego° oruo? Nempe eos, qui ipsi sunt ornamenta rei publicae.. **Caput 4m Locus a Genere et Specie seu Forma**

1° Genus dicit illud, quod è commune multis, et quod multa sub se complectitur: ut virtus continet sub se Justitiam, Temperantiam, Prudentiam, Fortitudinem.

2° Hic Locus tractat imprimis, cum a Specie fit transitus ad Genus, vec ut vulgo loquuntur cum Hypothesi, revocat ad Thesim. Hujus loci luculentum habemus exemplum in Oratione

pro

pro Archia Poeta ubi Cicero cum laudandum Archiam Magistrum suscepisset; quod ē hypothesi; rem ad thesim, revocant; hoc est Poesim et studia humanitatis generatim et universe laudavit ut latiorem orationi viam campum aperiret„ Sic igit Iunctin apud vos humanissimos homines hoc Poëtæ nomen, quod nulla unquam barbaries violavit, Saxa et solitudines voci respondent; bestiæ sæpe immanes cantu flectunt atq; consistunt; vos inolitaci rebus optimis, non Poëtarum voce movea mur? Homerum Colophonii civem ē diant? suum, Chij suū vendicāt Salaminii repetunt. Smirnei vero suū ē confirmant. Itaq etiam delubrum ipsius in oppidis dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter se, atq contendunt. Ergo illi alienū quia Poëta fuit, post mortem etiam expetunt, nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus nostris ē repudiabimus.„

3ᵒ= Argumentum hoc locum habet præsertim in exordio orationis alii præmittere solet aliquod universale principium a quo ad Hypothesim hoc ē ad singularem propositionem descendit.

4ᵒ= Species seu Forma est res particularis quæ sub genere seu sub universali ut Philosophi loquunt continet, vocatur autem apud Rhetores Hypothesis vel Virtus ē amanda est genus sive Thesis: Temperantia hic et nunc in convivio ē servanda est Species seu Hypothesis.

Caput 3ᵘᵐ Locus a simili et Dissimili

1ᵒ= Similitudo ē duar v plurium rerum in aliqua ratione convenientia vg Consul et gubernator navis sunt duo quæ in ratione gubernandi conveniunt. Ut enim hic navim, sic ille Rempublicā gubernat. Hoc porro differunt Similitudo et Comparatio quod Similitudo versetz circa rerum qualitates ut vocant; Comparatio vero circa quantitatem. Dum enim comparamus aut plus aut minus, aut par aliqui ineſſe dicimus. Ita Cicero „Quid Tarquinius tale, qualia immanibilia fecit Antonius? „ Quod nihil aliud significat nisi plura fecit Antonius, quam Tarquinius. Sic pro Comede N. 17.„ Ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigerat, sic reperiens valsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum, statim concidit et extinguitur„

2ᵒ= Similitudo iterum dividit in Parabolam, Inductionē et Exemplum. —

3ᵒ= Parabola ē rei alicuj diversæ in una re v in pluribus convenientia; vive ē narratio verisimilis ad mores informandos idonea propositæ earum quam habet cū re, quā persuadere Orator nititz, convenientia. Hinc Apologi et Fabulæ referunt quæ sunt narrationes penitus fictæ, quæ moribus instituendis conducunt. Parabolæ frequentissimus ē usus tam apud Sacros, quam apud Profanos Oratores præsertim in exordiis. Habes illustria Parabolæ exempla in Sacris Literis præsertim in novo testamento. —

4ᵒ= Inductio ut hoc loco sumitz ē observatio multarū rerum similiū ad aliquid concludendū

Hoc disputationis genus erat admodū familiare Socrati quæ per ejusmodi Inductiones crebri subjiciebat, quæ probando evaserat. Egregia est illa apud Tullianum ad probandam corporum resurrectionem inductio, lux quotidie interfecta respondet, et tenebræ pari vicē decedendo succedunt, sidera defuncta vivescunt; tempora ubi finiunt incipiunt; fructus consumunt et redeunt. Certè semina nisi corrupta et dissoluta fœcundius surgunt. Omnia pereunda servant, omnia deperita reformant.

5ª Exemplū è probatio alicujus rei dicto v facto alterius confirmata quæ præstantissima è similitudinis ratio et magnæ Authoritatis ad persuadendum. Exemplū pro Roscio: „ Ne tu Ennii arvator esses ridiculus in illis temporibus natus esses cum ab aratro accersebant, qui consules fierent. Etenim qui præesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Altilium quem una manu asportantem semen, qui missi erant, convenerunt, hominem timidissimum atq inhonestissimū judicares; ad Herule majores nostri longe aliter et de illo et cæteris talibus viri existimabant „ etc. —

6ª Dissimilitudo è oratio quæ ex re dissimili dissimile colligit, ut cūcit Tullius: „ Si „ barbaros è in diem vivere nostra consilia vem piternū tempus despectare debent „ et L: 2. de Orat: „ Artes reliquæ ab eloquentia differunt, quod hæc n habeat definitam aliquā regionem cujus termini septa teneatur: cætera vero artes vnā vel certis quibusdam finibus contineant.

Caput 6ᵘᵐ Locus a Contrariis et Repugnantibus

1º Contraria seu Oppugnata st ea quæ in eodē subjecto ee n possunt, v si fuerint in eodē necessario pugnant. —

2ª Contrarior genera it quatuor nimirū: Adversa, Relata, Privantia et Contradictoria.

3º Adversa sunt ea, quæ in eodem plurimū inter se differunt, ut virtus et vitū, bellū et pax, Sapientia et Stultitia Cic: Phil: 2. „ Attende paulisper cogitationem vobrii hominis in puritum temporis suscipe, Nego quidquam ee medium. Confiteor eos nisi liberatores populi Romani conservatoresq Reipublicæ sint plusquam vicarios plusquam homicidas plus etiā quā parricidas ee; Siquidem est atrocius patriæ parentem quam suū occidere. Tu homo sapiens et considerate quid dicis. Si parricidæ cum honoris causa a te sunt? Et in hoc ordine et apud Populum Romanum vem per appellati? Cum M. Brutus te referente legibus e solutus? Si ab urbe plusquā decem dies abfuisset? Cur Provinciæ Cassio et Bruto datæ? Non igit hunnicidæ; sequitur ut liberatores tuo judicio sint. —

4º Relata sunt ea quæ se invicem ita respectant ut alterū sine altero ee n possit ut Pater et Filius Dux et Miles, Magister et Discipulus, Dns et Servus qui dat et qui accipit. Ita Marcialis ex hoc relatorio loco facile locat in Sosibianū quemdam, qui suū Patrem, Dnū inepte omnino vocitabat.

Dum dicis Dominum Sosibiane Patrem
E servo scis te genitum, blandeq Pateris.

Ex hoc eodem loco Cæsarem ita laudat Cicero in Orat: pr Marcello Ex quo profecto

intelligi debet quanta vi dato beneficio vir laud, cum in accepto tanta sit gloria,
2° Huc denig pertinent hæc verba Veneris, Arma pro filio suo Æneæ proventis
a Vulcano. — Arma rogo genitrix nato. —
3° Privantia sunt habitus et ejus privatio sicut vita et mors, lux et tenebræ, scientia
et Inscientia, Paupertas et Divitiæ. Ex Privantibus ingeniose argumentatur
Marcianus in quendam — Ebrius es; nec enim faceres id sobrius unquam.
Hinc etiam ingeniosum aliud ejusdem Poëtæ d.s.
Semper eris pauper, si pauper es Æmiliane,
Dantur opes nullis nunc nisi divitibus. —
6° Contradictoria sunt quæ alteri negat alteri affirmat, idem de eodem ut Milo
invidiatus a Clodio, Milo non invidiatus Clodio.

Caput 7um Locus ab Adjunctis

1° Adjuncta sunt ea, quæ cum re de qua agit, vel necessario, vel probabiliter conjuncta sunt.
2° Tria adjunctor genera vulgo numerantur 1. Adjuncta rei ut locus tempus &c 2. Adjuncta animi ut vitia, virtutes. 3. Adjuncta Corporis ut pulcritudo, deformitas, robur, vestitus, habitus. Uno verbo omnia quæ rem quoquomodo circumstant, sive præcedant, sive comitantur, sive consequantur [illegible] Adjuncta, seu res circumstantes. Unde liquet quam longe lateq patent loci [illegible] et quam uberem dicendi vegetem Oratori suppeditet. —
3° Ex Adjunctis sumit argumenta vel a, tum a loco, tempore facultate, aliisq ijs quæ rem circumstant persuadendi [illegible] sionem idoneam captat orator. Sic Hannibal Amilcaris filius, Dux Carthaginiensis Italiam ingressus militibus suis eloquenter admodum fauit ex loco, unde fugam [illegible] hi eat, „ Dextra lævaq duo maria claudunt. Nullum ad effugium quidem „ nobis habemus, circa Padus amnis major, ac violentior Rhodano, a tergo Alpes urgent „ vix integris vobis, ac viventibus transitus. Hic vobis pugnandum ad moriendum miliites est — „ Nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicaverimus. Illic timidis ac ignavis licet ea, qui receptum habent, quos ager suus, quos vua terra per tuta ac patula „ itinera fugientes accipiant, Vobis necesse est fortibus viris ea, et omnibus inter victoria „ mortem, certa desperatione abruptis, aut vincere, aut si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga mortem appetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatumq „ in animo est, iterum dicam vicistis. Nullum incitamentum ad virtutem homini a „ Dijs immortalibus accessit datur est, „ Quæro autem ab Adjunctis Antonii levitatem detur „ fidudinem exagitat, Sed hæc quid robustiora cum improbitatis crimina: loquamur „ potius de iniquissimo genere levitatis. Sic istis sanguibus, istis lateribus, ista gladi „ atoria totius corporis firmitate, tantum Vini in Syppia mustis exhauseras ut tibi pu „ dere esset in populi Romani conspectu vomere postridie. Quem admodum videam, „ Id etiam dicebas, Si inter canam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi dicisset „ Quis id turpe diceret! In cœtu vero Populi Romani negotium publicum gerens illa „ ster equitum, cui nutare turpe esset; is vomens frustis edulentis, vini redolentis, „ gremium suum et totum tribunal implevit. — Porro memoriæ juvandæ causa præ cipua hæc adjunctorum genera hoc vulgari versiculo fuere comprehensa.
Quis quid ubi quer quos quibus cur quomodo quando. — Quis significat personam et quæ ad illa pertinent, cujusmodi sit genius, educatio, indoles ætas, sexus patria, cognatio fama, virtus ingenium. Quid negotium designat, sive rem de qua agit. Ubi locum demonstrat. Per quos indicat adjutor

et vocibus quor opera facta & res. Quoties docet quam sæpe res fuerit? Cur causa et finem designat. Quomodo modum ac veriem ostendit rei gestæ. Denig quando denotat tempus quo res gesta est. —

Caput 8vum Locus ab antecedentibus et Consequentibus

1° = Antecedentia sunt ea, quibus positis necesse & alia consequi: ut ortus est sol, ergo dies est. Cum natus es homo ergo procul dubio moriris. Ille gravissimi sceleris reus est ergo gravissime plectitur a justo judice. —

2° = Consequentia sunt ea, quæ rem necessario consequuntur. Si autem argumentum duces a consequentibus: Est copia fructuum: ergo et florum fuit. Cicatricem gessit: ergo plagam accepit, Cicatrix enim et fructus, plagam, et flores consequuntur. Quia vero locus ab Antecedentibus et Consequentibus à maximo opere differt ab Adjunctis, ideo diutius in illo immorari haud & operæ pretium.

Caput 9num Locus a Causa

1° Causa & id unde aliquid &, v id vi cujus aliquid fit. ut vulnus & causa mortis cruditas & causa morbi &c.

2° Causa quadruplex numerat a Philosophis, efficiens, materialis, formalis et finalis.

Causa materialis & ea ex qua aliquid fit, aut componitur, ut marmor & materia seu causa materialis statuæ, lapides sunt materia domus, corpus & hominis quasi materia.

Causa formalis & ratio rei, ac nota per quam res &, id quod &, et a rebus aliis distinguit: unde anima & forma hominis, quia per animam, fit rationalis, et a cæteris animantibus distinguitur.

Causa finalis & id cujus gratia aliquid fit, ut finis belli & victoria, et pacis, cui propter victoriam et pacem bellum suscipiatur. Beata in cælo vita & causa finalis hominis, quando quidem homo agit omnia, v agere debet certe quidem, ut beata in cælo vitam tandem aliquando consequatur.

Causa efficiens & id a quo res habet ut existat. Alia autem & Physica ut Artifex domus. alia Moralis ut spes præmii. —

3. A causa efficiente sic argumentaberis cum Tullio „ Intemperantia effatim corpus tradit senectuti; ergo „ diligenter vitanda &„ Ab hoc loco senectutem contra vituperatores ita defendit idem Tullius„ „ Caret epulis, ajunt, extructis mensis, et frequentibus poculis: caret ergo vinolentia, crudelitate et insomniis.

4° A causa materiali ita firmè dices: Corpus hominis & mortale: ergo æqui & ut illi dominet animus immortalis.

5° A causa formali sic dices. Animus humanus & immortalis, ergo mors ei & timenda. Excellens & animi natura, ergo voluptatibus servire ei debet. Ita Cicero: „ Si considerare volumus, quæ sit in hominis „ natura, excellentia, et dignitas, intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, et delicate, ac „ molliter vivere; quamq honestum parce severe sobrie„ —

6. A causa finali: Ita probabis cum Tullio, invidiam Miloni strauisse Clodium, quod remisse multas ex illius interitu sibi polliceret utilitates„ Quoniam igitur facile probari potest invidiam Miloni fuisse Clodium? Satis & quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, „ Dovere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas „ utilitates fuisse. Itaq illud Cassianum: cui bona fuerit, in his personis valeat, et „ boni nullo emolumento impelluntur in fraudem improbi sæpe parvo. Atq Milone „ interfecto Clodius hoc assequebatur, ei modo ut Prætor esset, ei eo Consule, quo scelerum „ mihi facere posset; sed etiam ut his Consulibus Prætor esset, quibus si ei adjuvantibus „ et conniventibus certe speraret, se posse Republica dilacerare in illis suis cogitatis furoribus. &c

Denig ex quatuor illis causis simul junctis commendare poteris celeberrimum templum

Hieron

Hierosolymitanum Causa efficiens erit Salomon sapientissimus, ideoq; ditissimus, et alii peritissimi artifices, qui in illo laborarunt. Causa Materialis erunt pretiosi lapides, ligna cedrina, aureæ lamine &c. Causa formalis erit ipsa structura, et pulchritudo templi. Finalis erit summus Dei cultus, in cujus honorem fuit extructus. –

Caput 10mum Locus ab Adjunctis effectis

1o Effecta seu effectus sunt ea, quæ oriuntur ex causis. Hinc locum mirifice tractat Tullius Libr: de Senectut: ubi funestos voluptatis effectus ita describit, „ Accipite optimi Adolescentes veterem Orationem Architæ Tarentini, magni inprimis et præclari Viri, quæ mihi „ tradita è cum esse Adolescens Tarenti cum Quinto maximo: nullâ capitaliore „ pestem, quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cujus voluptatis „ avidæ libidines temerè et effrenatæ ad potiundam incitarent. – Hinc Patriæ proditiones, „ hinc rer publicæ eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci dicebat, postremo denique omnes, nullum magnum facinus esse ad quod suscipiendum ni libido „ voluptatis impelleret, Stupra vero et adulteria, et omne latè flagitium, nullis aliis illecebris „ excitari, nisi voluptate. Cumq; homini vitæ natura, vitæque quis Deus nihil mente præ „ stabilius dedisset: huic divino muneri, ac dono, nihil tam esse inimicum, quam voluptatem. „ Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse omnino, nec in voluptatis regno „ virtutem posse consistere. Quocirca nihil est tam detestabile, tam pestiferum, quam voluptas. –

Caput IImum Locus a Comparatione

1o Comparatio è oratio, qua duo, pes plura in tertio aliquo conferunt, quod illis commune è: ut Catoni licuit vegri bellum civile, igit et Ciceroni licebit. Commune è enim amborum vegri bellum civile.

2. Comparationis genera sunt tria: 1um è a Majori ad minus, 2um a Minori ad majus, 3um è a pari. – A Majori ad minus argumentamur, cum contendimus, ut id quod valet in Majori, valeat etiam in Minori: ut cum ait Cicero in Antonium, Quid faceres domi tuæ cum aliena tam „ vis involens? „ Ex hoc loco probat Ovidius leniri posse Augustum, quod ejus Dii leniuntur.

Cur ego posse negem leniri Cæsaris iras?
Cum videam mites hostibus esse Deos.

Argumentamur a Comparatione minoris ad maius quando contendimus, ut quod valet in minori, valeat etiam in Majori ut Cicero Pro: Manil: „ Majores nostri „ sæpe Mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis bella gesserunt, vos tot „ Civium Romanorum millibus uno nuntio, atq; uno tempore necatis, quæ tandem animo æquo debetis? „ Argumentum fit a Comparatione parium, cum contendimus id, quod valet in unare valere etiam debere in alia pari, ut, lex è qui occiderit Patrem inultus in ultori dejiciat in profluentem: ergo et qui matrem occiderit eodem supplicio dignus è. Ita Cicero dicere ibi, Sylla defendere qui fuerat ante ab Hortensio defensus probat Orat: pro L: Sylla: „ Si conjuratio patefacta per me è, tam patet Hortensio quam mihi. Quæ quia videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio prædictum ni dubitasse, quin innocentem Syllam defenderet quæro cur qui actum ab causa Hortensio potuerit, mihi interdictum esse debuerit? Quato illud etiam, si me, qui „ defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem existimas de his summis viris clarissimis „ civibus, quos studio et dignitate celebrari hoc judicium, et ornari, causaq; defendi hujus intentio vides „ – De Loco extrinseco seu remoto.

Caput unicum

De

De Locis extrinsecis seu remotis Caput unicum

1. Loci extrinseci, qui etiã vocant remoti et assumpti, vt ii, qui nullo modo pendent ab arte, ingenio q Oratoris ut excogitetur, quicq extra rẽ ipsã positi sit, quapropter ab Aristotele rectè vocantur Argumenta inartificialia, seu arte carentia, in quod artis omnis sint expertia; cui potiꝰ illorꝰ tractatio summã requirit artificiũ, sed quod in eruant ex rebus ipsis, et ex causa ac visceribus, quippe qui fons eruant et auctoritate sola nitunt, itaq vt inartificiosa quod attinet ad inventionẽ in verbo spectat. Huius atq tractatione.

2. Loci extrinseci a Quintiliano assignati: Leges seu Prejudicia, Fama, Fabula, Jusjurandi, Tormenta, Tabulæ.

3. A Legibus seu prejudicatis argumentandi vim vide 1. Diuus Prejudicia ac Leges ee vincula Reipublicæ, regnor fundamenta, justitiæ nervos, omnis æquitatis fontem, libertatis Asylũ, Sapientiũ virõ oracula. 2. Comendabis eos, a quibus datæ sunt Leges, 3. Recensebis damna, quæ consequentur si leges impune violent. juvabit interdũ, asserre, ipsa legis verba, conceptaq ac solemnem formulã vt Si quis hominẽ dolo malo morti dedit is ẽ det, parricida esto.. Si lex tibi adversetur, ita illã refectabis, et infringes. Dices 1. vel antiquata fuisse legẽ et amplius nõ valere. Ita Cic. pro Rabirio: Tu mihi etiã legis Porciæ mentionẽ facis? 2. Vt Legẽ legi oppones. 3. Vt dices standũ ee nõ legis literæ, quæ nimirũ occidit, sed ipsius legislatoris mentiꝰ. 4. dices Majoris cujuspiã utilitatis gratia, licere interdũ a legibus discedere. Sic olim cum Virgilius movens testamento jussisset suum Pœma comburi, vi poterunt huic illius voluntati, noluit tamen obtemperare Imperator Augustus, ut ipsemet testatꝰ hisce versiculis.

Frangat potius legũ veneranda potestas;
Quam tot congestos noctesq dieq labores hauserit una dies.

4. Fama seu rumor ut hic accipitur ẽ vernio vulgi, vine ullo auctore; ac capite dispersus; seu ut ait Quintilianus, ẽ vernio multitudinis, quæ habet auctoritatẽ, nisi irrepserit malitia, vanitas quædã, ut fit credulitas. Tractat hanc a fama vic. Si tibi, causæq tuæ faveat fama, dices magnã vim ee, atq Authoritatẽ famæ, cui optimus quisq tam impense studet. Dices populi vocẽ ee quoddã quasi oraculũ, quod vix unquã fallere possit. Usurpabis imprimis aureum illud Plinii dictum de Trajano; „Vinci quidem decipere, ac decipi possunt, nemo omnes, neminẽ omnes fefellerunt„ — Contra vero si tibi causæq tuæ rumor adversetur, eritamplificanda verbis famæ levitas, atq inconstantia, quæ odisse viris integerrimis maculas amat aspergere. Dices ex opinione magis, quã ex veritate rem æstimari volere. Usurpabis aureã opinor Senecæ sententiã „Sejuni argumentũ turbæ ẽ„ Dices cũ Juv: Sat. 1. = Dat veniã corvis vexat censura columbas. Ita Tullius pro Planco obsecrat ne disseminatis rumoruculis fidẽ habeant„ Illud vos „ obsecro magnopere oro, atq obsecro, cum hujus quã defendo, tum communis periculi causa „ ne fictis additionibꝰ ne disseminato dispersoq vermoni fortunas innocentiũ subjiciendas „ putetis. Nihil ẽ tã volucre, quã maledicta, nihil facilius emittitur, nihil citiꝰ excipitur, nihil latiꝰ dissipatur.„

5. Nomine Fabulæ intelliguntur omnia testimonia scripto exarata, quibus pacta conventa, contractus, codicilli, stipulationes, testamenta, et alia id genus continentur.

6. Jusjurandũ ẽ affirmatio vel negatio rei alicujus ritu religioso facta, adeo in testẽ appellata. Sic olim Scipio apud Livium Lib. 23. „Si vetus fallo, tu me Jupiter Opt. Max. domu familiæ „ req meæ loco effices. Quod si forte Juramenti fidẽ velis infirmare, dices cũ eloquentissimo illo Massiliæ Sacerdote Salviano; „Pares invenias, qui vera tam sæpe perjurent, quã qui omnino nõ jurent„

Et

Et rursus idem Salvianus Lib. 4. „ Si peieret Francus quid novi fecit? Qui perjurio ipsum vernonis genus putat esse, non criminis —"

7. Tormenta, seu cruciatus vi quor veritas extorquet a reis. Valet autem plurimum locus ille ad faciendam fidem, si post quæstionem reus in facti confessione perseveret, fecit item maximopere, ad probandā ejus qui accusat innocentiā, si tormentis adduci non potuit ut crimen fateret. — Hic locus infirmari potest, quia periculosa fallaxq; est illa confessio, quæ ex tormentor experimit; aliquando compertum est bene multos innocentes ex tormentor, ac metu doloris ad falsa dicenda perseque fuisse adactos, poteritq; hoc loco usurpare sapientissimā illā viri clarissimi Hugonis Grotii sententiam, „ Mentiet qui ferre potest, mentiet qui ferre non potest Ita etiā Cic: pro Sylla „ Quæstiones, inquit, vero ac tormenta nobis accusator inimicus in quibus quamquam nihil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor moderat natura cujusq; cum animi, tum corporis, regit quæsitor, flectit libido corrumpit opes, infirmet metus, ut in tantis rei angustiis, nihil veritati loci relinquat.

8. Testes ex qui de re, quæ vocat in controversiā voce, ex scripto testimonii ferunt. Accedit huic testificationi major pondus atq; auctoritas 1. Si testes sint oculati. 2. Si sint juratis 3. Si sint viri probi, atq; integri. 4. Si sint viri illustres ac primarii 5. Si nulla nec ospitis nec cupiditate impulsi testimonium dicant. — Porro testimonium potest esse ex humanum, ex divinum. Humanum est illud de quo supra dictum est. Ad divinum referebant Oracula, seu Voces Dei ipsius, Auspicia, seu Augurium, quæ erant testimonia ex avium volatu, cantu pastus quæ solita. — Infirmat locus ille si dicas: Testes esse homines, ex infames, ex leves ac futiles, ex servos domesticos, Amicos, aut quomodocunq; suspectos. 2. Si ostendas illos in rem ipsis obsecrare, seu pugnantia loqui. 3. Si graviores testes illis opponas. 4. Si conjecturis, et argumentis illor testimonii futilitatem demonstres. 5. Denique si dicas testes illos esse homines infirmæ sortis, atq; egentissimos, qui facile subornari potuerint. —

De 2da Inventionis Parte seu de motibus excitandis

Caput unicum

1. Oratoris munus ac partes sunt ut persuadeat, doceatq; audientiū animos deinde ut eosdem animos moveat inflammet, ac flectat. Proinde instituti nostri ratio postulat, ut motuum vive affectuum concitandor fontes aperiamus, dicamusq; qua ratione facer, ac etiam si sint auditor animis subjiciendi, quod est in oratione præcipuū, viquidem homines affectu magis, quā ratione ducuntur, et quod approbant bonū in semper amplectuntur Medea ex ejusdem illius Ovidiana Metamor: Li 7. — Video meliora proboq;
Deteriora sequor —

2. Affectus est animi vehemens ex Opinione boni, ex mali nata commotio. Vel ut clarius dicā Est quidā animi impetus quo impellimur vehementius, ad aliquid ex appetendū ex aversandū

3. Sunt qui cum Stoicis quatuor tantū statuant affectus: duos circa bonum, spē et gaudium et duos circa malū videlicet tristitiā et metum. Quatuor hosce motus eleganter expressit Virgilius Eneid. 6. „ Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, q; gaudent q; — Philosophi plures statuunt affectus de quibus eā dicemus, ut primo illor definitiones adferamus deinde quomodo sint excitandi quā accuratissime percipiamus. —

§. 1a De Amore et Odio

1. Amor ē affectus quo alicui bene volumus, eiq beneficimus ñ nostra ved illius causa. Ubi vides tres omnino ee germani amoris conditiones ac dotes. 1. Ut ei quē amamus optemus bona, v sālte quā bona ee arbitramur. 2. Ut quā bona judicamus ñ optemus modo, ved etiā pro virili parte procuremus. 3. Ut ita simus animati ñ propter propriā utilitatē, ved illius quē diligimus. „ Nam ut ait Cicero, si ad fructū nostrū referemus, ñ ad illius commodā, quē diligimus, ñ erit ista amicitia, ved mercatura quāda utilitatis undi.-
2. Amor ab amicitia differt, quōd sit verus amor, et ei qui amat ñ redamet, in amicitia vere requirit amor mutuus. Unde Aristoteles rogatus, quid esset amicus? pulere respondit „ Anima una in duobus habitans corporibus. -
3. Amoris conciliandi capuā præcipua sunt: 1. Excellens quēdā et rara virtus. Ita Ilioneus Trojanor Orator præclarā quā virtutē collaudando Didonē illi conciliare conat. Eneid. l.

Rex erat Aeneas nobis, quo justior alter. —
Nec pietate fuit, nec bello major, et armis. ——

2. Utilitas et beneficia collata. Ita Cicero Mileni benevolus mirifice fecit judices ab ejus in Patriā beneficentia „ Hiccine vir Patriæ natus, unquā illi in Patriam monet. 3. Nulla re magis comparat amor, quā amore mutuo, ut monet illa pervulgata Senecæ vox: Si vis amari, ama: 4. Denig conciliat, amor oris, ac corporis dignitate, si sit ea virtute conjuncta Unde Rex evander apud Virgil: l. 8

— — Sed cunctis altior ibat
Anchises. Mihimens juvenili ardebat amore
Compellare viri et dextra conjungere dextram.

4. Odiū ē affectus animi aversantis id quod malā ee putat. - Quanā modo arti odiū excitandū facile patebit ex iis quā de amore diximus; erit enim a contrariis capitibus excitandū nimirū ab indignibus vitiis, ab improbitate superbiaq ac illatis injuriis. Cujus rei mirificū habemus exemplū in Galgaci oratione contra Romanos apud Cornelium Tacitum „ Raptores Orbis postquam cuncta vastantibus defuere terra, et mare scrutantur. „ Si locuples hostis ē avari, si pauper ambitiosi, quos ñ Oriens, ñ occidens satiaverit. „ Soli omniū Opes, atq inopiā pari affectu concupiscunt. Auferre trucidare, rapere falsis „ vis nominibus Imperium: atq ubi solitudinem faciunt Pacem appellant. Liberos cuiq „ ac propinquos suos natura charissimos esse voluit. Ai per dilectū alibi servituri auferuntq. Conjuges, Sororesq, etsi hostilē libidinē effugiant, nomine amicor atq hospitū „ pollunt: Bona fortunasq in tributū egerunt. In annonā frumentū: Corpora ipsa ac „ manus silvis, ac paludibus emuniendis verbera inter ac contumelias conterunt. Nata servitutī mancipia semel veneunt, atq ultrea Dnis alunt. Britannia servitutē suā quotidie emit quotidie pascit &c. -

§. 2dus De Metu Spe et audacia

1. Metus sive timor ē perturbatio nata ex opinione mali imminentis. — Tres sunt medi concitandi metus 1. Si denunciat malū aliquod magnū, ac grave ut bellū, pestilentia, paupertas, infamia, infelix æternitas. 2. Si ostendat mali vicinitas imminensq periculū; neq enim homines solent metuere q ipsā morte si longe remota arbitrent; at illius horrore concutiunt ubi imyet morbus pestilentia v naufragiū. Hac arte usq ē præclare Tullij 2. Catil: ubi funestā Catilinæ conjuratione

imminentes

impendentes Urbi Calamitates ita describit „ Videor mihi hanc urbem videre, hanc „ orbis terrar, atq arce omnium gentiu, subito unoincendio concidente. Cerno amoenitat „ Patriæ miseros, atq insepultos acervos Civiu. Versat mihi ante oculos aspectus Cathegi „ in vestra cæde bacchantis. Quapropter de summa salute Vestra, Populiq Romani, de Ve „ Conjugibus ac liberis, de fanis ac templis, de libertate, ac Salute Italiæ, deiq universa Rpl „ decernitote diligenter, ut instituistis, ac fortiter „ 2. Concitandi metus industria et ars ha vi pronunciat malu quavis arduu, n publicu duntaxat, et comune, sed privatu, et proprium; Solent enim nos privatu magis tangere, et acriori dolorio sensu ferire, quæ publica: etsi homines vulgo vi malerit publicu justius dolore moveri quæ suo. — Hoc probe intellexerat olim nobilis ille Graecus historio nomine Polus, qui Athenis actarus fabulæ Sophoclis, cu representandq esset dolo Electra gestantis inter Anuas Orestis, clanculu eruit e Sepulcro cineres, Oraq filii qu amaverat unice Urnaq detulit in scenam et cum lugere cedebat alieno mala sua deflebat. —

2. Spes e gaudiu ex opinione imminentis boni. Ad illu excitandu duo requirant 1° Honestas et Magnitudo boni. 2. Præsidia certa ad illud comparandu, qualia 1° Opes, vires, industria prudentia amici, adversariu imbecillitas, et favor divinus. Hinc Fulliq Romanq ad arta victoria spe excita sane luculenter. 2. Catil: „ Instruite nunc Quirites, contra hasta præclaras Catilinæ copias v vestra præsidia, vestros exercitus; et primu gladiatori illi confecto, et vastatu Consules Impe ratoresq Vestros Opponite deinde contra illa naufragu electa, ac debilitata manu florem totiq Italiæ et robu

3. Ad Spe pertinet audacia, seu Confidentia, quæ e affectus animi quida adversus futurum ma lu, quavis arduu, ac difficile, quod tamen vinci possit ac superandi. Concitat iis de forme artibus quibus Spes. In magnanimus Hannibal hortat suos milites ad contemnendas Romanor vires „ Quid aliud Alpes ee creditis, quam mœnia altitudines? Fingite altiores Pyrenæi, an terras aliquas cælo contingere et inexpugnabiles humano generi ee creditis? „ et alio loco — Cum eo nimirum hoste res e nobis, qui nec bona nec mala ferre fortuna possit, seu vincit ferociter instat victis, seu victus e instaurat cu victis certamen „ —

§. 3ª De Misericordia

1. Misericordia e dolor animi et ægritudo quæda ex malo alterius proxerti immerito laborantis. In hoc excitan commeratione affectu triumphare solet Magni Oratoris industria ut vulgo dicit, sacrymæ auditor et laus Oratoris

2. Ad hanc misericordia excitandæ varie et ac multiplices artes. 1. est si qui malu patit eo plane indigni id e, illud n promeruit. 2. si de Patria q de nobis privati bene mentus fuisse ostendat. 3. si calamitat magnitudo, q diuturnitas, cæteroq hujusmodi circumstantiæ luculenter exponant. 4. si tristia quæda recentis miseriæ signa monumentaq ob oculos ponant, ut cruenta vestes, mortui daver, aut imago. Sic M. Antonius, qui postea Triumvir fuit, prolata Julii Cæsaris Veste q gionibq ac gladiis perforata, sanguineq cruentata, Romanæ plebi ita accendit ut ad conjuratos deos inflam mandos e vestigio provolaverint.

§. 4ª De Ira et Indignatione

1. Ira dicere possu cu Horatio, brevis furor e. Sed malo cu Aristotele sic illa definire: Ira e cupi, propter contu ulcisendi cupiditas, cu dolore conjuncta. Unde n mirum opere differt ab Odio quod e, ira quæda inveterat

2. Accidit communiter commemoratione injuriæ illatæ vi proxerti injuria sit cu contextu conjuncta. Et qu quis e gloriæ appetentior, q dignitate illustrior, hoc ob rei contextu vehementius solet irasci. —

3. Indignatio e dolor unicuiusvis ob scandalosos bonaq alterius, qui hau felicitate judicat indigna ut quid Mamnæ Edog: l. — Impius hæc tam culti navalia miles habebit? Barbarus has segetes?

4. Indignatio differt ab Invidia: Quia indignatio fit tantū in indignos, eo quod fruant bono ĩ promerito. Itaq Indignatio suscipit præsertim ab his qui et viri probi, et honoris cupidi; quia boni ferunt indigne malos florere: et honoris studiosi indignant, immerentes antefferri sibi. Invidia vero ē erga bonos, et sua felicitate dignos. —

5. Concitat indignatio duplici modo 1. Si vitā priorē eorum, et vitos cū præsentis temporis Opibus, potentia, et arrogātia præsertī conferant. 2. Si hominis, in quē indignamur, vilia cū viri cui antefert virtutibus conferant, seu opponant. Ex primo capite Tullius indignationē ita movet in Varinū „Atq illud tempus tenebricosissimū inceptis ætatis tuæ patior latere — Deinde ut mutat ut homo vilis, et obscurus, paulatī ad honores accesserit; tandēq ille subjugatis, signatis eripuerit, tribules execrant, vicini metuant, affines erubescant, stirpem denīq ab ore improbo demigrarunt, et alios iam ve locis collocarunt„

§z 5us De Mansuetudine

1. Mansuetudo ē motus iræ appositus id ē lenitas ac Clementia, quæ definit ira remissio atq mitigatio.

2. Mitigat ira et Conciliat mansuetudo 1. ingenua quadā culpæ confessione ac dolore. Ita Cicero Cæsare iratissimū Ligario placavit „Adjudicē sic agi volet; sed ego ad Patrē loquor: erravi teneræ tui, pœnitet; ad clementiā tuā confugio, delicti veniā peto, ut ignoscas oro, si nemo impetravit, arrogantē, si plurimi, tu idē fer opē, qui spē dedisti„ 2. Facit ad placandā irā humilitas, et supplicis animi demissio, præsertim apud hostē Magnanimū. Ita Ovidius — —

Corpora Magnanimo satis ē prostrasse Leoni
Pugna suā fine, dū jacet hostis, habet. — Addere potes et illud Virgilii tritū.
Romane: mīmento
Parcere subjectis, et debellare superbos.

3. Ad delinendā irā maxime et adhibendi qui minus habent roboris, et quos de vi inferenda cogitare nulla ē suspitio, ejusmodi at pueri, fœmina, senex, Sacror Antistites. Ita legimus in Sacris Scripturis Davidis irā ad Abigaīl, irā Artaxerxis ab Esthere fuisse repente mitigatā. Romana quoq historia testat Sabinor interventu Romuli inter et Tatiū fœdus ictū fuisse. 4. Sunt plurimū ad irā emolliendā, si deligant tempora fandi commoda sancti alicujus successus victoriæ, festivitatis, aut lætitiæ publicæ, quia his temporibus volent homines ad mansuetudinē ē promptiores, propensioresq. 5. Si prudenter extendas, quanti præstat mansuetudo cupiditati, vindictæ ut recte monet Juvenalis hisu versibus aureis Satyr 13.

. . . . . Quippe minuti
Semper et infirmi ē animi exiguiq voluptas
Ultio; continuo sic collige quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina —

6. Denīq valet plurimū ad clementiā si dicas qui peccavit si dubita opera, si dolo malo peccasse, nec id egisse, ut eū contemnere, quē habet iratū, sed ex inconsulto, ex errore humano deceptū ex necessitate adactū peccavisse. —

§z 6us De Æmulatione

1. Æmulatio ē dolor ex aliena felicitate susceptus, si quod illi contigerit, sed quod non illa careamus. Hinc liquet Æmulationē in laude ē ponendā et ad perdiscendas bonas artes plurimū valere. Æmulationi enim subjaceret præclara virtus, honor, opus, doctrina &c.

2. Æmulatio bona ē laudabilis quia nos excitat ut ipsi quoq bona consequamur. Contra vero invidia vitiosa ē turpisq quia id agit ne ne alter bonis gaudeat. —

3. Excitat Æmulatio major exemplo, nominis gloria et propositis illustrium Virorum egregiis factionibus. Ita Magnus ille Alexander ad Achillis tumulū adstitisset ejusq gloriā et felicitate æmulatus, O Fortunate, inquit, Adolescens, qui tuæ Virtutis Homerum præconem inveneris. — Cantabit

Concludit doctrina de Affectibus generali præcepto; in quibus generatim ē observ
" dum quod apud Ciceronem monet Antonius L. 2. Crat. „ Ut omnes motus, quos Orator adhib
" velet judici, in ipso Oratore impressi, atq; inusti ēe videant. Neq enim facile ē perficiet, ut
" incendat, ea tu velis judex, ni tu id lente ferre videare: neq; ut aderit ei, quē tu velis mœsti te
" ipsum flagrantē odiō ante viderit, neq ad misericordia adducet, nisi tu ei signa doloris tui
" verbis vententiis voce vultu collachrymatione denig ostenderis. Ut enim nulla materies
" tam facilis ad exardescendū ē qua nisi admoto igni igne incipere possit, sic nullū
" est animus tā ad comprehendenda rem Orationis parata, qua possit incendi, nisi inflamatus
" ipse ad eā et ardens accesserit „ Optime igit monet Horatius in Arte Poetica. —

Si vis me flere dolendū ē — Primū ipsi tibi: tunc tua me infortunia læd

Pars secunda de Dispositione rerū inventarū

1. Dispositio a Cicerone definit: rerū inventarū in ordine distributio. — Dispositio ē minus necessaria ad fidē faciendā et motus excitandos, quā instructio exercitus ad pugnā, ac victoriā quā in hu
no corpore conformatio membrorū ad gratiā et venustatē unde merito præcipit Horatius.

— Singula quæq; locū teneant sortita decenter.

Et vane erdo ubi adest, res audiunt libentius audita intelligunt facilius et intellecta diu
inhærent. Si vero negligat Dispositio, aut minimē monstrū illud ex variis animantibus
conflatū, quod artis initio ridē peregit ide Horatius. Fit quod eodem loco reprehenditur. —

Velut ægri somnia, vanæ
Fingent species, ut nec pes, nec caput uni reddat. Forma Luin nullū videt mihi certius argu
mentū in veritū, hebetiq; ac pinguis ingenii, quā cū ita ē invecta Oratio, ita perturbata ut nil
nihil primū nihil secundū. Contra vero nullū majus indiciū artis et industriæ quam Ordo.

2. Orationis partes vulgo quatuor assignant: Exordiū, Narratio, Confirmatio, seu Contentio, et Pero
Hæc artificiosa Dispositio videt omnino naturæ consentanea. Satis enim novimus ex ipsa
Duce natura ubi quidpiā volumus impetrare. 1. Conciliandos ēe animos eorum, quibus
rum agimus, et hoc est exordii munus. 2. Exponendū ēe illud quod petimus et hoc est
Narrationis. 3. Afferendas ēe rationes, quibus ostendat illud concedendū nobis ēe et hoc
efficit Confirmatio 4. Denig præces addendas, aut alios motus adhibendos, quibus im
pelli vehementius auditor animi possint, et hoc Peroratione consequimur. —

Sunt qui vel omnino velint ēe orationis partes: Nempe Exordiū, Divisionem, Narra
tionem, Confirmationē Confutationē et Perorationem. Verum vires æqui æstimantes
ipsa vox ad quatuor reducunt. Nunc de singulis.

Caput Primum de Exordio

1. Exordium est vox Metaphorica a textoribus sumpta, qui proprie telā ordiri dicuntur ac
certa quadā lege fila collocant, et ordine illo componunt. Unde quod in humano corpore
caput ē, in pedibus vestibulū hoc ē in Oratione exordiū. Definit aute a Sullio
„ Vera orationis auditor animos idoneē comparans ad reliquā dictionem. In exordio ela
borandā præcipue cura ac diligentia ē adhibenda prouti in omnibus corporis capite. Et ex
Exordium a Sullio difficillima pars Orationis dicitur. —

§. 1. De variis Exordiorum generibus

1. Exordiū est duplex: aliud justū ac legitimū quod etiā temperatū appellat, aliud ē vehemē
et abruptū ē ex abrupto. 2.

VI

2. Exordium Justum ac legitimum est illud quo Auditorum animi artificiosa quadam verborum conciliatione præparantur. Ex abrupto est illud, quo Orator, quasi quodam abreptus impetu, Auditores repentino, et inopinato motu percellit. Tale est celeberrimum Ciceronis illud in Catilinam: Quousq tandem ab utere Catilina patientia nostra &c. —

3. Exordium ex abrupto fit 1. per Licentiam, seu per liberiorem quendam loquendi modum. Sunt apud Livium L. 23. Mutius Scævola deprehensus in Porsenæ Castris, ita illum alloquitur ex abrupto „ Romanus sum Civis C. Mutius „ vocant. Hostis hostem occidere volui; nec ad mortem minus animi est, quam „ quam ad neum fuit. Et facere et pati fortia Romanum est. Nec unus ego „ in te hos animos gessi. Longus post me ordo est idem petentium decus. — „ Proinde in hoc discrimen vi juvas accingere, ut in singulas horas capite „ dimices tuo. Ferrum hostemq habes in vestibulo regio. Hoc tibi juventus „ Romana bellum indicimus. Nullam aciem, nullum prælium timueris, uni tibi „ et cum singulis erit. — 2. Fit per indignationem et increpationem, ut cum apud Livium L. 2. C. 40. Veturia filium Coriolanum sic alloquitur „ Vine „ priusquam amplexum accipis, veniam ad hostem, an ad filium venerim, „ captiva materne in castris tuis sim. In hac me longa vita et infelix senecta traxit, ut exulem te, deinde hostem viderem. Potuisti populari „ hanc terram, qua te genuit, et aluit? Non tibi quamvis infesto animo „ et minaci pervenienti fines ira cecidit? Non cum in conspectu Roma fuit, succurrit. Intra ista mœnia domus ac penates mei sunt, „ mater, conjux, liberique? Ergo nisi peperissem Roma non oppugnatur, „ nisi filium haberem liberos in libera Patria mortua essem. —

4. Exordium ex abrupto usurpatur potissimum, vel in summa aliqua gratulatione, vel in summa quadam offensione et indignatione; quibus velut omnibus Orator extra se rapi videtur. —

§ 2dus. De Virtutibus ac Vitiis Exordii

1. Virtutes seu dotes Exordii quatuor recensentur. Proprietas, cura, verecundia et brevitas.

2. Exordii proprietas in eo posita est. 1. Ut sit cum reliqua Oratione conjunctum tanquam caput cum corpore. 2. Ut sit ex re quasi natum, et ex ipsis causæ visceribus ita deprompsum, ut ex illius natura videatur quo dammodo efflorescere. Contra vero vitiosum erit, si sit vulgare ac commune, hoc est si causæ aliis et fortasse etiam contrariis possit accommodari, ejusmodi Exordia lepide comparantur Epiphio, quod equis bene multis accommodaretur

v

vel gladio delphico, qui ad hunc modum factus fuit, ut eodem et sacreos
mactarent victimas, et supplicio nocentes afficerent. Vitiosum item erit Exordii
vi vit computabile, hoc est vi leviter mutatum, ab adversario possit usurpari.
Si vit procul accersitum, longiusq petitum, vel si nihil ad rem pertineat. Duo
Exordia similiter se habent ac -

Humano Capiti cervicam pictor equinam
Jungere si velit. -

3. Exordii Cura in eo posita est, ut exordium sit planum dignitatis, sit aman-
tum, et auctum, sit aptum verbis et instructum sententiis, et quod periti
volent Architecti, Vestibulum, aditusq ad causam faciat illustrem. inquit
Iulius. Prima quippe Oratoris commendatio profecto est ab Exordio, quod
si negligentius tractatum fuerit, reliqua omnia fastidiet, et nauseabit
Auditor. Ut enim optime monet Fabius: pessimus vane videtur Gubernator
ille, qui e portu volens, statim ac vesperascit navem appellit. Caveat ta-
men Orator, ne quod vespe contingit, Exordii nimis picti, et nimis artifi-
ciosi splendore, ac amoenitate prestigiarum ac fraudis usurpatis Auditoribus pra
4to Exordia Verecundia in eo consistit; quod Orator dicere incipiens, prae se fert in-
genuum illum pudorem, quem in Oratore summo L Crasso tantopere laudat
bat Cicero. Fuit enim inquit in L. Crasso, pudor quidam, qui non modo non
obesset ejus Orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Et ipse
etiam L Crassus, de se sic confitetur. L. 1. de Orat. In principiis dicendi
tota mente, atq. omnibus artubus contremisco. Sciebat enim ille summus
dicendi Artifex, et Lector offendi velle Auditorum animos, si Orator velut
exultans, sibiq praeiudens ad dicendum accedat.
5to Exordii brevitas, in eo posita est, ut exordium reliqua Orationis magnitudini
sit accommodatum, et ut inani verborum circuitione, non protrahatur longius
quam par sit. Negite enim profecto cubitali corpori Gygantis caput gigantei
aut humili tugurio volvae praegrandes, ingensq vestibulum affigi debent.
Quod si fiat bellissime vane quadrabit in enormia id genus proemia factum
illud Diogenis dictum ad Myndios, qui suo e publico grandes, et magnificas
portas aedificarant. - Viri Myndi portas claudite ne urbs exeat. Nolim tamen Ora-
tioni nullum jungatur Exordium, ut olim in Areopago fieri solitum accepimus
ubi dicebant Oratores sine Exordio, sine affectibus, sine Epilogo inquit Iulius Pollux.

Nolim

Nolim etiam orationi longulæ brevissimum, ut nonnulli volent, affigatur Exordium: neque enim ingentem basiliam dicent exiguæ fores: aut gigantio Corpori Pygmæi caput, v ingenti Colosso globulus imponitur. –

§ Ius. De variis Exordiorum Fontibus

1. Exordium recte dicitur ab adjunctis Personæ, rei, loci, ac temporis: alq hic erat fere notus Tullio, qui hinc ferme volebat exordiri. In Oratione pro M. Cælio exorditur a temporis involentia; quippe die Festo, contra quam fieri volent causam dicere cogebatur. Exordium Miloniane ducitur, 1. a Persona adversariorum, qui armati forum obsidebant, 2 a Persona Pompeji Judicis, 3. ab involita judicii forma. – Pro Rege Dejotaro ducit Exordium ab augustiis loci in quo habita fuit hæc Oratio, „ Moveor etiam ipsius loci involentia, „ inquit Tullius, quod tantam causam, quanta ulla unquam in disceptatione vertata est, dico intra domesticos parietes, dico extra conventum, et eam „ frequentiam, in qua Oratorum studia niti volent: in tuis oculis, in tuo ore, „ vultuq acquievi. – – Hanc enim Cæsar causam, Populi Romani conservus „ afferret? Quid enim Civis ei Regi non vi in foro dicerem, eodem audiente et disceptante te, quantam mihi alacritatem Populi Romani conservus afferret? Quid „ enim Civis ei Regi non faceret, cujus omnem ætatem in Populi Romani bellis „ consumptam esse meminisset? Spectarem curiam intuerer forum, velum denique te starer ipsum. – Quæ quoniam angustiora faciunt parietes, actio causæ „ maxime debilitatur loco, tuum ipsum referre est Cæsar, qui pro multis sæpe „ dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quo facilius tum aquitas tua, tum audientium diligentia, minuat hanc perturbationem meam „

2. Ducitur Exordium a rudi ac simplici rei expositione sine juco, et calamistris, et sine ullo in speciem artificio. Ita Cicero pro Ligario, „ Novum Crimen Cæsar, et antea hujusmodi in auditum, propinquus meus ad te, Q Tubero detulit. Ligarium in Africa fuisse „

3. Ducitur Exordium a contrario cum prima fronte ea videamur dicere, quæ causæ nostræ sunt omnino contraria, et adversarios faveant, ut veilint eo verum in nostram vententiam, nihil minus cogitantes portrahamur, in quo vane est artis et industriæ plurimum. Ita Alexander apud Curtium militis sui exhortatus est, ut unum audacter pergant ad extremos Indiæ partes primo probare videtur illorum studia, qui nostrum in Patriam cogitabant. „ Magnitudinem rerum, inquit quas gessistis milites, intuentibus vobis minime mirum est et desiderium quietis et voluptatis gloriæ occurrere. „ Deinde mutata veluti velificatione in contrariam vententiam callidissime devenit.

4. Deinde

4. Ducitur Exordium ab insigni quopiam effato, et dicto, vel ab illustri exemplo. Ita Catilina suos conjuratos ad impium bellum adhortatur apud Salustium hec effata: „Compertum habeo Milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem exercitum ex Oratione Imperatoris fieri„ Ita etiam Cæsar dum in Senatu pro Catilina loquitur apud eundem Salustium ab insigni effato sic exordiatur: „Omnes Homines P.C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amentia, ira, atque Misericordia vacuos esse decet„ —

5. Duci potest exordium ab insigni aliqua Questione. Ita Tullius suum de Inventione Rhetorica librum auspicatur „Sepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerint hominibus et civitatibus copia dicendi, ac summa eloquentia studium„

6. Preclare admodum trahitur Exordium a suspensione, qua mirifice preparat Auditorum animos, magna alicujus rei expectatione, et illos acuit vehementi cupiditate audiendi, quid demum sit illud, quod polliceatur Orator. Ita Cicero Verrina I. „Hoc erat optandum maxime judices, et quod unum ad invidiam vestri Ordinis, „infamiamque judiciorum vitandam maxime pertinebat, id non humano consilio, „sed prope divinitus datum, atq oblatum vobis, summo Reipublicæ tempore vi„videtur. Inveterarit enim jam opinio Reipublicæ, vobisq periculosa; quæ non modo Romæ, sed et apud exteras nationes omnium sermone pervebuit, his judiciis „quæ nunc sunt, Rumorum hominem, quamvis sit nocens, nullum damnari posse„

Denique exordium ab ipsis causæ visceribus, hoc est ab intimis causæ principiis trahendum est, et in illo jacienda sunt argumentorum et affectuum omnia semina quæ deinde retractata fusius explicantur. Id vero non difficulter efficies, si Fabii Quintiliani præcepta diligenter intueris apud quos, pro quibus, contra quos, quo loco, quo tempore, quo rerum statu dicendum sit tibi: quod Auditores, ac judices ventire credibile sit, quis sit orationis tuæ scopus, quic petas, quid unoquoque velis. Hæc omnia, ubi prospecta Matura fuerint tibi, ipsa te Magistra natura facile docebit unde sit tibi capiendum Orationis exordium. —

§ 4tus De Officio ac Munere Exordii

1. Officium ac Munus Exordii triplex est, ut nempe reddat Auditorem benevolum attentu et do.
2. Reddit Auditorem benevolum ex quadruplici Capite, 1. a Persona Oratoris ipsius. 2. a Persona Adversariorum. 3. A Persona Auditorum vel Judicum. 4. Ab illius pro quo dicit Persona.
3. A Persona Oratoris ipsius. Si Modestiam, pudorem, probitatem et ingenuum quendam Candorem ore potius et re ipsa præseferat, quam verbis ostendit. Poterit tamen interdum sua merita, suas virtutes, sed parce omnino ac sine arrogantia commendare, quod mirifice fecit Tullius pro Archia suo quondam Magistro, „Si

„Si quid est in me ingenii judices, quod sentio, quam sit exiguum; aut si
„qua exercitatio dicendi, in qua me non rudiorem mediocriter esse versatum;
„aut si hujusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis, ac disci-
„plina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorru-
„isse earum omnium rerum vel imprimis hic A. Licinius fructum ame-
„repetere prope suo jure debet. Nam quo ad mens mea longissime
„potest respicere spatium praeteriti temporis et puerilis memoriam re-
„cordari ultimam inde usq repetens, hunc video mihi principem, et ad
„suscipiendam, et ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.
„Quod si haec vox hujus hortatu, praeceptisq confirmata, nonnullis ali-
„quando saluti fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari, et alios
„servare possemus, huic profecto, qui, quantum est situm in nobis et
„opem et salutem ferre debemus. —— 2. A Persona Adversariorum
colligitur Benevolentia l. Si dicamus nos nimiam illorum eloquentiam,
aut gratiam revereri, unde illa redatur suspecta judicibus: quod jubet
Adversarium facit fieri pro Quintio: „Quae res in civitate duas plurimum
„possunt, eae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, gratia et elo-
„quentia quarum alterum Aquili vereor, alteram metuo„ 2. Si illos in Odium
et invidiam adducere, vitiorum quibus laborant, commemoratione vene-
mur; ut pro Dejotaro„ Crudelem Casarem ne dicam saeviorem, et im-
„pium, qui nefas eorum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiaeq
„suae terrorem intulerit ei, cujus venerationem tueri, et tegere debebat„
Quod si adversarius vir sit bonus, notaq probitatis ac Fidei Fulvii
imitaberis qui cum pro Manna diceret Catonem, Virum antiquae
virtutis haberet adversarium culpavit, ne tamen ut illi quamdoquam
fidem detraheret, vectam Asiaticum cui se Cato totum dedideverat, irri-
dere coepit, eaq tam valde, tam saepe, ut judicium risu dissolveretur,
et Cato ipse dixerit, quam ridiculum habemus Consulem. ——
3. A Persona Auditorum vel judicum captabitur benevolentia l. Si eis consi-
dere videbitur Orator, 2. Si veram causam cum eorum utilitate conjungat.
3. Si eorum Justitiam, fidem, Authoritatem, et dotes, ceteras modestissime commendet,
ut in exordio Miloniana, ubi Fulvius Pompejum laudat a Sapientia, Justitiaq
cum ait: „Sed me recreat et reficit Con: Pompeji Sapientissimi et justissimi
vir

„Viri omnium, qui profecto nisi justitia omne putant esse quem rem
„sententiis judicum tradidisset, eundem telis militum dederet, nec sapien-
„tia temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica arcere„
Imo nec ipse quidem Paulus, hoc sibi negligendum putavit, cum pro se
ipse diceret apud Regem Agrippam Act. 25. „De his omnibus, quibus
„accusor a Judaeis Rex Agrippa aestima me beatum, apud te cum veni
„defendam me hodie, maxime te sciente omnia, et quae apud Judaeos sunt
„consuetudines, et quaestiones, propter quod obsecro, patienter me audias.„
Ut Paratur Benevolentia a Persona Clientis, sive illius cujus causa agitur:
si illius invantiam virtutemq commendes; si illius calamitate amicorum
moveatis ut Cicero pro Roscio Amerino.—
De captanda benevolentia non valde laborandum esse in causis illis
quae per se sunt honesta sed tantum in iis, quae sunt vel paradoxa
vel dubia, vel humiles. Quatuor enim causarum genera distinguit D.
Augustinus in eximio suo libro de Rhetorica primis piis: honestas in-
credibilis, dubias et humiles, quae ab illo vocantur.—
In humili quidem argumento sese maxime nonnunquam exercuerunt et
ostentarunt ingenia: ut olim Polycrates, qui Musium Panegyricum ce-
lebravit; et Lucianus qui muscam laudavit, ac alii bene multi: In his
vero aliisq in genus humilibus causis, item in illis quae minus gratae sunt
Auditoribus opus est in insinuatione, seu acquisitori quadam arte, qua Ora-
tor subdole et latenter in Auditorum animos irrepat.—

8° De Paranda attentione

1. Conciliatur attentio partim promissione, partim petitione: promissione quidem si polli
ceamur quidem nos esse dicturos de rebus vel novis, vel magnis, vel utilibus, si simul
duo si satis appareat rem de qua agitur esse objectum et utilem, plus efficiet Ora-
tor, si rotunde statim et ingenue profiteatur, sese in re omnino tenui laborare,
quam si grandia ne quidquam pollicetur: seu causae tenuitatem, aequitate, vel
necessitate, vel alunde compensare conabitur.
Auxiliandae attentionis ratio est petitio, cum velimus Auditores rogamus ut studiose
ac diligenter velint attendere, ut Cicero pro Sexto Roscio: „Quapropter vos oro atq
„obsecro judices attente, bonaq cum venia verba mea audiatis„ et quamvis sub
ipsum Exordium postulari soleat attentio, saltim tamen erit interdum illam
in ipso Orationis decursu postulare, cum videat Auditoris animus initio

ar

arrectus, et alacer, languescere incipit, et defatigatæ illius aures incipiunt peregrinari, ut volet. Ita egregie præcipit Tullius pro Quentio dicturus ait „ Vos quæso, ut adhuc me attente audiatis, item quæ reliqua erit audiatis. Profecto nihil a me dicetur, quod dignum hoc conventu, et vestra lentia dignum vestris studiis, atq auribus esse videatur.

2. Docilitas tribus vel maxime rebus comparatur. 1. Si breve hexordium præmittes atq promissis: quia ait Tullius, ut Orator desinat, quam desiciat; ut Auditor cum desiderio quamsi cum fastidio ac satietate recedat. 2. Comparabitur Docilitas, si breviter dilucide simpliciterq proponas, quæ de re dicturus sis. 3. Fiet Docilitas Auditor, si tua orationem meno, vel tria ad summum capita perspicue partiaris; ut cum ait Tullius Philip: 7. „ Cur placem nolo: quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest: quæ tria dum explico, peto a vobis P. C. ut eadem benignitate, quam volatis verba mea audiatis.

§ 6tus De Propositione

1. Duinq vulgo assignantur Propositionis dotes: 1. Ut sit simplex unaq non vero multiplex; ex illius enim unitate omnino pendet Orationis unitas. 2. Propositio debet esse clara ut non modo nullo labore intelligatur, sed etiam ut non possint non intelligi; quemadmodum ista: Otium est fugiendum. 3. Dos est ut omnia totius Orationis argumenta partesque omnes in illam velut in suopum metamq colligimentur. 4. Dos est, ut tractari copiose et ornari possit facile, amplamq diendi vegetem cursum præbeat. Recte enim monet Horatius ne festinum diendi cursus argumentum etq desperes tractata liquescere, nitescere posse relinquas. 5. Dos est, ut propositio vel ipsa novitate perculat, vel insigni aliqua utilitate placeat: quia duo facile conciliare volent attentionem, atq benevolentiam. —

2. Novitatem habebit Propositio: si argumentum ita proponatur, ut extrito vulgariq, sint invaritatem et Auditorum animos statim erigat feriatq vegetq. Trita vulgariq est hæc Propositio: „ Homo multorum vitiorum malorum Author est „ Nihilq admodum habet dignum sua attentione. Fiet vero Nova, et admirabilis si dicas cum Chrisostomo „ Homo tacitus, midi

„nisi a se ipso„ v. „Nemo miser, nisi qui velit„ Item vulgaris est hæc Propositio „Mali aliquando sunt utiles virtuti„ Item ista „Mors misero dura accidit miserio, quam felicibus„ Fiet illico utraq nova minisiarq si diao „Virtutem Improbis interdum debere quam probis, et felicitatis genus est in felicis muri„

3. Utilitatem habebit Propositio quæ contemplativa non vit, vel activa. Contemplativæ sunt illæ, quæ in sola cognitione versantur. Activæ contra sunt istæ quarum finis est aliquid efficere„ Stultorum est infinitus numerus„ Est contemplativa. Deprecanda sunt animorum vitia„ est Activa.

§. 7mus De Divisione

1. Divisio adhiberi volet in Oratione tribus potissimum de causis: 1. quia lumen affert Orationi. 2. Quia juvat memoriam Oratoris et Auditorum 3. Quia levat audiendi fastidium: recreatur enim animus distinctione singularum partium Orationis; quemadmodum viatorem refiunt spatia certis lapidibus, et intervallis distincta. —

2. Leges Divisionis sunt quatuor. 1. ut divisio sit plena: hoc est ut partes illius sive membra, omnino complectantur, et adæquent propositionem, quæ dividitur. 2. Ut membra illa sint opposita, neque unum in altero contineatur. 3. Ut Divisio habeat partes duas vel ad summum tres, vix plures. Si enim nimium multa sit et ut loquitur Fabius, nimium articulosa assumet Oratori tenebras pariet obscuritatem illam, contra quam fuit inducta. 4. Dos est, ut sit plana, simplex, et quasi obvia; non vero ac artis et ingenii ostentationem longius accersita.

Caput secundum de Narratione

1. Narratio est rei gestæ, vel quasi gestæ expositio. Quæ Definitio Narrationem Historicam, et Fabulosam complectitur. —

2. Virtutes Narrationis a Fullio quatuor recensentur: Perspicuitas, Probabilitas, Brevitas et Suavitas.

Sit Perspicua 1. si Temporum servetur ordo adeo et quod primum gestum est primum

primum etiam referatur, 2. Si propriis, et usitatis verbis utamur. 3 Si res non interrupte narretur. 4. Si diligenter vitetur omnis verborum ambiguitas, qualis est ista vg Ajunt Regem Pyrrhum Romanos vicisse. —

Fiet Probabilis 1. Si is qui narrat sit notæ probitatis et fidei. 2. Si res gestæ veritem exponat vine fuco; qua simplicitate nimirum candore plus multo valebit ad persuadendum, quam aliis circumstantiis picta calamistris hyperbole &c. 3. Si nihil asserat fidei abvomm, et quod abhorret a communi hominum sensu, quod si forte rei vera, vel incredibi fidem facere velis, usurpandum est illud Veteris Dictum „ Multa esse vera; quæ tamen non sunt verisimilia: et probabile omnia esse, quam plurima contra probabilitatem evenire „ 4. Si clare aperteque exponas rerum circumstantias, et adjuncta personarum, locorum, temporum, unde vel maxime pendet facti probabilitas. —

Fiet brevis Si narrandi initium, altius non repetas quam opus est, sedeo inde unias exordium unde necesse est. 2. Si inutiles pulideas circumstantias, quæ ad rem non pertinent objicias. Cavendum tamen ne nimia brevitas obscuritatem pariat. — — —

Fiet suavis 1. Si utamur verbis leniter et numerose sonantibus 2. Si illa colocentur verba, ut nec hiulcus, nec asper sit illorum concursus. 3. Si quæ narramus sint magna, nova, et inexpectata. 4. Si adhibeantur certæ quædam narrandi Formulæ sullis perfamiliares, cum vg pro tempore præterito præsens usurpatur; item cum plures infinitivi subducto jungunt. 5. Suavis erit narratio, si diversis figuris illustretur, et si habeat admirationes suspensiones, exortus inopinatos, et interpositos motus animorum, dolorem, lætitiam, metum, cupiditatem. —

Sextus De Figuris ad illuminandum Narrationem

1. Figura seu Schema est Ornamentum quoddam Orationis, seu loquendi modus illustrior et communi consuetudine remotior, ejusmodi sunt hæc Ciceronis verba „ O Dii immortales ubinam gentium sumus, Quelus portentum in ultimas „ terras amandandum! —

2. Præcipuæ Narrationis figuræ sunt Hypothesis, Suspensio, seu Sustentatio, Exclamatio, Communicatio et Sermocinatio, sive Dialogismus. —

Hypothesis est Figura, qua aliquis tam vivis speciebus ut ita loquar coloribus depingitur, atq narratur, ut non tam audiri, vel legi quam spectari

deceat

et vultis quasi subjici videatur. Ita Cicero Orat: in Verrem Gavii cujusdam Civis Romani supplicium per hypotesim narrat„ Cædebatur virgis in medio Foro Messanæ Civis Romanus; cum interea nulla alia vox illius miseri inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur, nisi hæc Civis Romanus sum„ Suspensio seu Sustentatio est Figura, qua Orator ad sibi conciliandam attentionem, et ad excitandos atq; erigendos Auditorum animos, illos tenet aliquamdiu suspensos, et inertos quid dicturus sit. Ita Tullius Contra Verrem„ Etiam mihi expectare videmini judices, quid deinde, factum sit — Expectate facimus quam vultis improbum, vincam tamen expectationem vestram.„ Exclamatio est vocis elatio seu contentio; qua interjectione adhibita, vel subducta vehementiorem animi motum significamus, et rei magnitudinem exprimimus v.g. O Dulce nomen libertatis! O jus eximium nostræ Civitatis &c. Communicatio est Figura qua Orator causæ suæ confidens, deliberat cum ijs ipsis apud quos, contra quos dicturus sit, illos nimirum consulens, quid agendum sit vel etiam quid ipsemet in simili causa essent acturi. Ita Cicero pro summam quam fiduciam videtur omnibus sua communicare cum Verre suo adversario, illumq; quasi consulere in hunc modum„ Si tu apud Persas aut in extrema India deprehensus Verres, ad supplicium duceres, quid aliud clamares, nisi te Civem esse Romanum? et si tibi ignoto, apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis, atq; ultimis gentibus positos, nobile, et illustre apud omnes nomen tuæ civitatis profuisset, ille quis erat quem tu in Crucem rapiebas, qui tibi esset ignotior cum Civem se Romanum esse diceret, apud te Prætorem, ut non effugium ne moram quidem mortis mentione, atq; usurpatione Civitatis assequi potuit? — Sermocinatio seu Dialogismus est Figura, qua duo v. plures homines inducuntur loquentes, aut secum ipsi, aut cum aliis. Lepidum habetur hujus exemplum in hac pereleganti Narratione Ciceroniana de Diogene„ cum ab amicis rogaretur Diogenes ubi vellet inhumari — „Projicite me inquit, cum amici: Volucribusne vel feris? „minime vero, inquit, sed baculum prope me, quo abigam feras! Tu„ poteris illi non enim sentiet. Quid agitur mihi si verum lanietur non sentienti? —

§2. De Variis Narrationum generibus

1. Narratio communiter triplex est, Alia est enim Narratio Poetica, alia historica, alia Civilis et Oratoria. Narratio Poetica rem fictam exponit, Historia rem gestam, Civilis et Oratoria rem expanit quæ in Controversiam deducitur. —

2. Inter hæc tria Narrationum genera hoc potissimum interest, 1. quod Historicus et Orator Ordinem temporis et rei gestæ seriem in narrando sequantur, et servent; contra quam fecit Poeta qui etiam a fine, aut medio rem volet Ordiri, quemadmodum Virgilius ab anno vestimo excidii Trojani, quam Æneidem auspicatur. — — — — — Nam te iam vestima portat
Omnibus errantem terris, et fluctibus Æstas. 2. Hac interest quod Historicus veritatem invectetur, Orator verisimilitudinem, Poeta vero immentibus etiam fabulis veritatem aspergat. 3. Denique hoc interest quod Historica Narratio sit ferme simplex, ac nuda, Oratoria vit ornatior et suavior, Poetica vero ornamentis abundet, et omnis artis coloribus picta vit, ac perpolita. —

Caput 3^tium De Confirmatione

1. Confirmatio est pars Orationis, in qua firmamenta seu robora causæ asseruntur. —
2. Partes Confirmationis sunt duæ 1. Est Confirmatio propriè dicta, in qua ea, quæ pro nobis sunt firmamus, ac stabilimus. 2. Est Confutatio, in qua contrarias adversariorum rationes refellimus. Hinc liquet Confirmationem esse præcipuam ac potissimam Orationis partem, totamque persuadendi spem in ea maxime parte vitæ esse. Unde sedes jure ab Aristotele nuncupatur. —

§. 1. De Confirmatione propriè dicta

1. Confirmatio propriè dicta fit per argumenta, et per argumentationes. Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem; argumentatio vero est usus et artificiosa argumenti dilatio. —
2. Inter argumenta, et argumentationes hæc interest; quod argumentatio sit modus, sive ratio, qua argumentum tractatur; Argumentum vero sit ipsa argumentationis materia.
3. Argumenta petuntur a locis tum intrinsecis, tum extrinsecis de quibus jam 1. Parte egimus.
4. Ordo collocandorum in Confirmatione argumentorum hic servari debet: firmiora partim in principio, collocanda sunt, quia tunc vel maxime attendit Auditor, partim in fine, quia quæ postremo dicuntur altius inhærent: imbecilliora vero collocanda sunt in medio ubi magis latebit eorum infirmitas; quemadmodum imbecilliores milites, qui fugæ audita buccina circumspiciunt in medium agmen cogi volent, ut qui parum fortes possunt, turbâ valeant. Atque causa duobus tantum Argumentis nitatur, quorum alterum validius sit, alterum infirmius, tunc imbecillius subjicietur, quidem validiori, sed mox ad validius recurretur. — §. — Argumentorum 4. species præcipuæ Syllogismus seu ratiocinatio, Enthymema, Inductio, et Exemplum. Huic adduntur Sorites et Epicherema. —

§. 2. De Syllogismo

1. Duplex distinguitur Syllogismus, alius Philosophicus, alius Oratorius. Syllogismus Philosophicus est argumentatio constans tribus propositionibus distinctis, et explicatis, quæ sic inter se connectuntur, ut consessis duabus primis, quarum altera major, altera minor, quia minus tale patet appellatur, necessario sit concedenda tertia quæ Consequentia dicitur. vg Omnis ars honesta est amplectenda. Rhetorica est ars honesta. Ergo Rhetorica est amplectenda. Syllogismus Oratorius est ratiocinatio constans quinque partibus vero inter se ordine connexis; unde etiam vocatur Syllogismus perfectissimus. —

Dolo

2dly Partes Syllogismi Oratori quinque numerantur. 1. Est Propositio. 2. Propositionis probatio. 3. Assumptio. 4. Assumptionis probatio. 5. Conclusio. Habemus insigne exemplum Syllogismi Oratorii a Cicerone: Mundum Divina Providentia gubernari. Sed quod exiliter et jejune divisit Philosophus in hunc ferme modum, Illud Divina Providentia administratur quod optime administratur; sed mundus optime administratur, igitur mundus Divina Providentia administratur, Id ipsum Sallustius more Oratorio protractat, - Melius accurantur, quae Consilio geruntur, quam quae sine Consilio administrantur, Et haec est Propositio - Domus ea, quae ratione regitur omnibus instructior est rebus, et apparatior, quam ea, quae temere, et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui praepositus est vaferrimus, et callidus Imperator omnibus paratibus commodius regitur, quam is, qui stultitia et temeritate alterius administratur. Eadem navigii ratio est. Nam navis optime eorum consilio ea, quae scientissimo gubernatore utitur. Et haec est propositionis probatio. - Nihil autem omnium rerum melius, quam mundus administratur. Et haec est assumptio. - Nam et signorum Ortus, et Obitus definitum quendam ordinem servant, et annuae commutationes, non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad utilitates quoq rerum omnium sunt accommodatae, et diurna, nocturnaq vicissitudines nulla in re unquam mutatae quidquam nocuerunt. Et haec est Assumptionis probatio. - Quae signa sunt omnia non me dicente quandam unicam naturam mundi administrari. Quae est Complexio sive Conclusio.

3. Non semper tamen Syllogismus Oratorius illis quinque partibus constat. Si enim perspicua sit vel propositio vel assumptio tum omittitur illius probatio et ita sit Syllogismus quadripartitus. Quod si etiam perspicua videatur utraq tum probatione nihil opus erit; et ita tripartitus fiet Syllogismus. —

4. Inter Rhetorem et Philosophum, si uterq Syllogismum tripartitum adhibeat hoc interest. 1. quod Philosophus ea maxime quaerat argumenta, quae ipsum scientiam, aut certam Opinionem efficiere: Rhetori vero sufficiant ut plurimum probabilia. 2. Philosophus tres propositionis ordine collocat, quam ordinem formam vocat: Rhetoris vero industria in eo posita est, propositiones illas invertat, amplificet verbis ornet figuris illuminet, artem denique totam diligenter legat. Hinc acute admodum egebat Zeno Philosophus: Logicam veu Dialecticam similem esse pugno, veu manui complicatae: Rhetoricam vero palmae, veu manui explicatae, ade exercitatae.

§. 7tius De Enthymemate

1. Enthymema nomen unum traxit: a po Ju Enthymaitai, quod est mente concipere, cogitare quod scilicet tertia Propositio, quae verbis non effertur, mente unusquisque: Enthymema est pars Syllogismi, veu Syllogismus ipse imperfectus ac truncatus. —

2. Enthymema duas habet partes: quarum prima a Logicis vocatur antecedens alia Consequens vg Omnes artes sunt expetendae; Ergo eloquentia est expetenda. —

Qui

3. Fit Enthymema omittendo vel Propositionem, vel Assumptionem, seu ut Logici loquuntur omittendo Majorem, vel Minorem vg Clodius insidias struxit Miloni, Ergo Clodius jure fuit occisus, vel „Luiano alteri struit insidias jure et ab illo occidit. Ergo Clodius jure fuit occisus a Milone." —

4. Optimum est Enthymema quod sit a Contrariis cujusmodi apud Salustium est illud Micipsæ ad Jugurtham: Quem alienum fidum inveniès, si tui hostis fueris. —

5. Enthymemate magis gaudet Orator quam Syllogismo 1. ut occultet artificium, quod vilescit et agnitum causæ magis obest, quam prodest. Hinc etiam cum Syllogismo utitur partes ejus fere transponit. 2. Ne videatur Auditorum ingeniis diffidere; quasi necesse sit omnis Syllogismi partes vigillatim exprimi. 3. Quia Enthymema validius percellit adversarios, illorq; pundim ferit. Ut illud Sullii „Pacem vult Antonius? arma ponat" quasi diceret: Non arma ponit Antonius; ergo non vult pacem. —

§. 4tus De Inductione

1. Inductio est Argumentatio, qua ex multis singularibus enumeratis aliquid colligitur: Ita Seneca variarum rerum enumeratione magnifica, concludet volam in homine virtutem esse laudandam, „Navis bona dicitur non quæ pretiosis picta est columbis, nec cui argenteum, aut aureum rostrum est, sed quæ stabilis est, firma velox, et conventioni vento. Gladium bonum dico non cui decorativ est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad vulnerandum subtilis est acies. Regula non quam formosa, sed quam recta sit quæritur. Ergo in homine quod nihil ad rem pertinet, quantum habet, aut quam multis valuerit sed quam bonus sit —"

2. In inductione duo observanda 1. ut quæ sumuntur certissima sint. 2. Ut id cujus confirmandi causa fit inductio, iis quæ sumuntur simile sit. —

§. 5tus De Exemplo

Exemplum est inductio imperfecta, qua ab omnimili argumentamur ad aliud. Cujusmodi exemplum in Milaniano habes, ubi probat Tullius, non esse condemnendum Milonem, quod Clodium occiderit, cum nec Horatius ob sororem necatum fuerit condemnatus. „Negant intueri lucem esse fas, qui a se hominem esse occisum fateatur in qua tandem Urbe, hoc homines eruditissimi disputant? Nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi Viri, qui nondum libera Civitate, tamen Populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur." —

§. 6tus De Dilemmate

1. Dilemma est argumentum constans duabus partibus contrariis, quæ utrinq; adversarium ferunt. Unde etiam Syllogismus cornutus appellatur, quod nempe illius cornua sint ita disposita, ut qui unum effugerit in alterum incurrat. Sic belli omnino probabis Dilemmate quemvis dolorem æquo animo esse tolerandum: Nam omnis dolor, aut est vehemens, aut levis; si levis? facile feretur, si vehemens? certe brevis futurus est. Ita Cic: Dilemmate probat legatos ad Antonium non esse mittendos „Legatos decernitis: si ut deprecentur? non temnet, si ut imperetis, non audiet, Hoc eodem Argumentandi modo recte damnatur Lucretia illa quæ a Sexto Tarquinio ei oppressa sibi mortem attulit.

Si

Si fuit illa tibi, Lucretia grata adultes; — Immerita ex merita pramia morte capis.
Sin potius casto vivebat allata pudori. — Quis furor est hostis crimina velle mori?
Frustra igitur laudem Captis Lucretia nanq — Vel furiova ruis, vel violata cadis — —

2. Dilemma duplici ratione solvi potest 1. Si universum Dilemma torqueos in ipsum Authorem, cujusmodi exemplum affert Aristoteles L. 2 Rhet: „ Jacobus quidam maximopere dissuadebat filio, ne ad populum verba faceret; nam si juxta voaveris iratos habebis homines, sin vero injusta habebis Deos iratos, vi in Matrem ipsam lusit ingeniosus adolescens. Imo, inquit expedit ad populum verba facere. Nam si juxta dixero Dii me amabunt; si injusta hominus.

2. Solvitur Dilemma si alterutram illius partem infirmare possis, vel si ostendas aliquid medium, medii inter duas propositiones interudere. Sic cum verrus ab Hero forte percussus, illum hoc Dilemmate repentino petisset, „ Si verum improbus, cur mea uteris opera? si probus, cur, aut quorsum tandem me peremis?„ Hero hoc Dilemma acute in verrum retorsit, „ Non te peremis quia probus es? Sed utex improbo aliquando probus fis

§. 7mus De Crocodillo et argumento insolubili

1. Crocodillus est argumentationis species captiosa, et fallax, qua incautos quibusdam quasi vinculis irretitos inducit in fraudem: Vocatur autem Crocodillus, ob hanc quà Poëta finxerunt causam. — Crocodillus oranti Mulierula, ut filium dum forte juxta flumen ambularet, abreptum sibi redderet, respondit redditurum utique, si ad propositam quæstionem verum diceret. Hæc autem fuit Quæstio: Filium reddamne tibi, necne? Ad hæc Mulier anxia, fraudemq suspicata respondit: Non reddes: et ob eam causam reddi debere, quod nempe verum dixisset. Mentiris, inquit vafer Crocodillus, Si enim reddidero verum non ero locuta. Reddere ergo non possum quin falsa dixeris. —

2. Huc etiam revocantur Propositiones, quas vocant mentientes, sive insolubiles, quæ se omnino destruunt; Ejusmodi est Cretensis cujusdam Poëtæ: Omnes ad unum Cretenses mentiri. Ergo non mentitur Certe Cretensis Poëta, dū illos semper mentiri asseverat. Unde si at omnes semper mendaces. —

§. 8vus De Sorite et Epichremate

1. Sorites est argumentatio, quæ ex multis propositionibus gradatim minutatem et velut aceruatim congestis aliquid infertur. Unde Syllogismus acervalis vocatur a Gellio, Hoc acervali, cautioso q argumentandi genere utebatur olim Themistocles, dum per risum jocumq dictitabat, filium suum tunc nondum triennem toti tamen terrarum orbi imperare: „ Meus filius imperat Matri illa mihi ego Atheniensibus, Atheniensus Græcis, Græcia Europæ, Europa toti mundo. Ergo filiolus meus imperat toti terrarum orbi. Sed hoc genus argumentandi sæpe solet esse captiosum, et fallax, cum enim verum et minutatim multa coacervant, facile est insidiose respondenti laqueos, et periculosam illi telam texere. Retexere igitur oportebit, et versim singula considerare, vim, fraudes universa simul

2. Epichrema est Syllogismus contractus, cujus duæ Propositiones in unam conferuntur: ut, sine causa verrus dominum aduset? In hac enim Propositione continentur hæ duæ: Non debet verrus timere et sine causa Dominum invadere ergo verrus ab medicus Regis Desolari non debet illum temerè apud Cæsarem incusare. —

Caput IIum De Confutatione

1. Confutatio est pars Orationis in qua rationes contra nos pugnantes refellimus.
2. Vel 1.o Negatione mera, cum scilicet rem allatam ab adversario refellimus, falsamq omnino esse dicimus: aut illam absurdam, incredibilem ac repugnare esse demonstramus: Sta Cluo jure Quintio rem negat aperte, „Negamus te bona Quinetii Sexti Naevi possedisse edicto Praetorio„ Sic etiam pro Roscio praesertim demonstrat, parricidii crimen, cujus invimulatur Roscius ab illius vitae moribusq prorsus alienum esse.
2. Vel Confutatio cum factum non negamus, sed excusamus, et jure factum fuisse contendimus. Sic Tullius pro Rabirio Saturnini Multam, quae illi objiciebatur, adeo non expavescit, utvel lus ut potius illius Auctorem exoptet fuisse Rabirium: „Arguis enim esse a C. Rabirio L. Saturninum et id C Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio optimissime defendente ante falsum esse docuit. Ego autem si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem confiterer. Ultimam hanc mihi facultatem causa conderet, ut possem, hoc praedicare, C. Rabirii manu L. Saturninum hostem Populi Rom: interfectum„ 3. Vel Confutatio cum adversarios pari, vel etiam Majori re, objecta vicissim luxamus, ut periti duces volent, qui hostium vires, distrahunt et alea vertunt.
4. Confutatio fit per indignationem atq contemptum, cum nempe generosa quaedam fiducia, quae nobis objiciuntur, spernere, ac dedignari videmur. Hujusmodi singulare omnino, nobilq habes exemplum in 27 Livii libro, ubi Magnus Scipio Africanus post tot res praclare gestas invidorum, ut fit calumniis appetitus, et in jus ad causam dicendam vocatus, „Silentio facto. Hoc inquit, die Tribuni Plebis, vos Quiritis cum Hannibale, et Carthaginensibus signis collatis in Africa, bene ac feliciter pugnavi. Itaq cum hodie Vobis et jurgii vos previdere aequum est ego hinc exemplo in Capitolium, ad Jovem Optimum Maximum, Junonemq et Minervam ceterosq Deos, qui Capitolio, atq Africae praesiderent valutandos ibo. iisq gratias agam, quod mihi et hoc ipso die, et saepe alias egregie Reipublicae gerendae mentem facultatemq dederunt. Vestrum quoq, quibus commodum est, ita mecum Quiritis, et orate Deos, ut mei similes Principes habeatis„
Aliquando etiam valde utile erit in confutatione jocos, sales et facetias adhibere etiam in rebus veris, quae si nec in inimicam vecordiam degenerent, nec in atrocius maledictum, nec in nimiam dicacitatem, mirum quantum causae prosint, et animos auditorum exhibeant. —
Postremo denique refutandi modus fit per compensationem, cum scilicet neq factum negamus, neq jure factum contendimus; sed alio quodam praclaro facto aliunde compensari ostendimus. Sic Horatius qui sororem interfecerat judicio Pop: Ri facit absolutus: „Magis admiratione virtutis, quam jure causae„ ait Livius. —

Caput 3um De Peroratione seu Epilogo

1. Peroratio seu Epilogus est ultima Orationis pars, in qua id, quod tota Oratione expetebat Orator Majori vehementia vincere, et obtinere contendit. Sta Quintilianus. —
2. Peroratio duabus constat partibus: Enumeratione et Motu, seu affectuum commotione. —

§. 1. De Enumeratione

1. Enumeratio fit, cum ea, quae per totam Orationem varie sparsa sunt, summatim colligimus, et sub uno veluti aspectu ponimus, per Anacephalaeosim, seu Recapitulationem, qua est rerum dictarum brevis, et artificiosa repetitio. Exemplo esse potest Epilogus in Manilianam „Quare

Quare cum bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit, ita magnum ut accuratissime sit administrandum, et cum ei Imperatorem praefiere possis, in quo sit omnia belli scientia singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna, dubitabis quin hoc tantum boni, quod a Diis immortalibus oblatum, et datum est in Rempublicam conservandam, atq; amplificandam conferatis?"

2. In hac Enumeratione partium duo maximopere observanda sunt. 1. ut carum et raptim repetas ea, duntaxat, in quibus causa potissimum consistit, et quae velis maxime Auditor animis inhaerere. Si enim omnia minutatim repetas: non erit peroratio, sed nova quaedam oratio ingens. 2. Quae disperse confuseq; dicta sunt, ita summatim enumerabis, ut ea cum novo aliquo pondere dicantur, figuriq; illuminentur, et ornentur ac veluti videatur crambe repetita, si minus jejuna nitidaq; sit repetitio. —

§. 2dus De affectuum Commotione

1. Altera Perorationis pars est affectuum Commotio, seu Concitatio: quod quidem ita proprium est illius, ut propterea peroratio sedes affectuum, a Magistris artis appellatur quae nempe in eo potissimum loco debeat orator Omnia Orationis vela pondere; omnes eloquentiae fontes aperire, et auditorum animis quasi facis stimulosq; subjicere. —

2. Concitari autem possunt in peroratione affectus per amplificationem, quae est gravior quaedam, ac vehementior affirmatio, ad permovendum valde idonea. —

3. In Perorations varii sunt motus ciendi pro variis dicendi generibus. In Panegyrico varii sunt motus excitandi sed praecipue motus amoris, admirationis, imitationis, laetitiae. In vituperatione excitandum est Odium, Contemptus. In deliberationibus spes, confidentia timor commovendus. In judiciis vero omnia concurrunt, amor odii indignatio misericordia. In hac potissimum arte incredibilem quamdam admirationem habuit eloquentia Ciceronis, qui dum perorat, videre quodammodo videbatur ac praesertim quidem concitanda erat commiseratio. Quapropter si forte aliquando plures Orationes pro eodem homine dicerent Ciceroni peroratori relinqui volebat, quemadmodum ipse de se loquitur: „Quid ego de miserationibus loquar? Quibus ego rebus, quas etiamsi plures dicebamus, peroratorem tamen omnes mihi relinquebant, ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequebar."

4. Duae sunt praecipuae Perorationis virtutes. 1. Ut sit vehemens ad permovendos animos. 2. Ut sit brevis, quia ut observat Tullius, „Lacrymae cito arescunt et animorum incendia celeriter relanguescunt."

Paro Ba

Pars Tertia
De Elocutione

Elocutio inquit Fullius est idoneorum verborum, et Sententiarum ad res inventas accomodatio. **Caput 1^m^ De Figuris**

1. Figura est Ornamentum Orationis, quoddam, seu loquendi modus illustrior et ei communi consuetudine remotus, ejusmodi sunt hae Ciceronis Verba in Catilinam, „Vivis et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam„ — —
2. Duo sunt Figurarum genera. Alia enim versantur in sententiis, et sensu ipso; alia in verbis tantum, Quia vero res prius animo, menteq concipiendae sunt, quam verbis exprimantur: ideo de figuris Sententiarum quae ad mentem pertinent antè dicendum nobis est, quam de figuris verborum. — —
3. Inter figuras Sententiarum, alia videntur aptiores ad movendum, alia ad docendum, alia ad delectandum. Initium faciemus ab his quae ad movendum, seu animos flectendos praecipue valent. **§. 1^m^ De Figuris ad movendu idoneis**

1. Exclamatio est vocis elatio seu contentio, qua interjectione adhibita, vel subaudita vehementiorem animi affectum significamus rei Magnitudinem exprimimus. Ita Fullius Orat: in Catilinam per summam indignationem vic exclamat: „O tempora! „o mores! Senatus haec intelliget, Consul videt: hic tamen vivit. Vivit? imo vero invenatu venit. Exclamatio adjunctam habet ferme aliquam ex hisce interjectionibus: o! heu! ha! vah! prae pudet! pro! superum! Atq hominum fidem! Persaepe tamen pro interjectio O! usurpe adhibebant voces illae, Edepol! Hercle subauditur interjectio, ut si dicas: Mirorum me! vel Romane voculum! Veteres pro interjectione O! usque adhibebant voces illae, Edepol! Hercle! Mehercule! Jupiter! Me Castor! Medius fidius!
Exclamatio praevertim adhibenda est in amplificatione, in Perorationibus, et ubi res magnas Auditoribus persuaserio. Exclamare enim in rebus minutis frigidum esset, ac puerile.
2. Dubitatio est figura, qua Orator fingit nescire se, quid dicere debeat, atquam in partem animum convertat. Ita Scipio apud Livium milites alloquitur quasi dubitans: „Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec Oratio, suppeditat, quae, nec „quo nomine appellare debeam, scio! Cives? qui a Patria vestra descivistis. An milites? qui imperium, auspicium q abnuistis. Sacratos? Religionem rupistis. Hostes? „Corpora, ora, Vestitum, habitum agnosco; facta dicta consilia, animos hostium video„ Valet haec figura in Orationibus Panegyricis, quando ea rerum gestarum ubertas occurrit,

aut

aut virtutum alicujus, ac ornamentorum Magnitudo, ut Orator fingat nescire se, inde potissimum debeat ordiri, et quid primum dicere. In genere Judiciali, ut ignominia alicujus facinoris exprobratur, aut vitia alicujus redarguantur. In genere Deliberativo, quando rei gerendæ tot occurrunt rationes, ut quam primo loco ponat fateatur Orator se nescire. Tiberius apud Tacitum in Annal: Quid scribam P.C. aut quomodo scribam? aut quid omnino non scribam hoc tempore? Dii me Diæq pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio. —

3. Imprecatio seu execratio est Figura, qua malum alicui imprecatur. Ita Cicero pro Dejotaro, Di te perdant fugitive. Ita non modo nequam, sed improbus, sed etiam fatuus et amens es, et Philippica 13. Cum tu abi in malam pestem, malumq cruciatus ad te quisquam veniat, nisi Venerii simili?. —

4. Interrogatio est Figura qua Orator vel adversarium vel alium quempiam vel semetipsum interrogat ob aliam quam simplicem veritatis causam. Ita Cicero Catilinam urget his verbis, Patere tua consilia non sentis? Constrictam jam horum omnium conscientia teneri conjurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris.

5. Quod si interrogationi subjiciatur responsio, Subjectio vocabitur et est Figura qua Orator vel interrogat se ipsum, vel cum alium interrogavit non exspectat ejus responsum, sed aliud addit de suo. Ita Cicero, An domus tibi deerat? At habebas? An pecunia? at abundabas. An arma? at non ita pridem ante missa fuerant,

6. Præteritio qua Ciceroni videtur in amore et deliciis fuisse, fit cum simulamus nos vel nescire, vel nolle dicere id, quod maxime dicimus. Ita Tullius unum Pompejum maxime laudat pro præteritione, Itaq non unum prædicaturus Quirites, quantas, ille res domo militiaq terra mariq; quantaq felicitate gesserit; ut ejus semper voluntatibus non modo venti, sed etiam tempestates obsecundaverint; hoc brevissime dicam. —

7. Præteritioni vicina est Aposiopesis seu reticentia, qua Oratio interciditur et interrumpitur, alicujus gravioris affectus significandi gratia. Ita Cicero de Pompejo loquens: De Pompejo vero nihil, eumq nisi in navim se contulerit, excepto in primo: Celeritatem incredibilem! hujus autem nostri sed non possum amplius de eo angor et crucior — retinet taciturnitatem, aut ignaviam. —

8. Expolitio sive Commoratio, et exornatio nam hæc tria vocabula unum atq idem sonant est Figura ad motus excitandos valde insignis. Fit autem cum eandem sententiam variis modis versamus, ita animo in Auditorum animis defigatur. Ita Cicero pro Sestio, An mihi

„An mihi ipsi ut quidam putant, fuit mors æque animo oppetenda? quid tum „mortemne fugiebam? An erat res ulla, quam mihi magis optandam putarem? „tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers omnium aut ingenii? nihil „audieram, nihil viderami, nihil ipse legendo, quærendoq; invenerā nec ullā rē brevē esse cur „sum, gloriā sempiternam? Quum esset omnibus definita mors, optandum esse ut vita „quæ necessitate deberetur, patriæ potius donata, quam reservata naturæ videretur? „Nec ciebam inter sapientissimos hominē hanc contentionem fuisse, ut alii dicerent „animos hominum, eorumq; morte restingui, alii autem tum maxima mentes, sa- „pientum, ac fortium virorum quum e corpore excessissent, sentire ac vigere? alte „rum fugiendum non esse carere sensu? alterum etiam optandum multōre esse omnē„

9. Epiphonema est exclamatio sententiosa quæ fieri solet post rem aliquam insignē vel narratam, vel probatam. Ut est illud Ciceronis in L. de Senect. „Senectutem ut adi- „piscantur omnes optant; eandem accusant adeptam; tanta est inconstantia, stultitia, „atq; perversitas„ Et pro Sextio „Hoc sentire prudentiā; fauere fortitudinis; sentire vero et fauere perfectæ „omnitatēq; virtutis. –

§2. De Figuris ad delectandū magis idoneis

1. Apostrophe est Figura qua sermonem ad aliam personam vel quasi personam con- vertimus, quam instituta Oratio requirat. Sta Cicero pro Milone„ Vos, vos ap- pello fortissimi Viri, qui multum pro Republica sanguinem effudistis, vos in viri et civis invicti appello periculo; Centuriones, vosq; milites vobis nomi- do inspectantibus, sed etiam armatis et huic judicio præsidentibus hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur.

Apostrophe fit ad supremos invocando, ad personas alias, imo aliquando ad ipsas res inanimatas sensuq; carentes. Sta Cicero pro Milone„ Vos enim iam Alba- ni tumuli atq; luci, inquam, implore, atq; obtestor, vosq; Albanorum obruite aræ, Sacrorum P. Romani socii et æquales. – –

2. Hypotheseis est Figura qua res ita graphice describitur ut non tam audiri et legi quam ante oculos versari videatur. Splendidam imprimis ac illustre exemplum habes in Verrina 5. ubi Gallius Verris inhumanitatem oculis ita subjicit„ Ipse inflammatus furore et furore in forum venit. Ardebat oculis tota ex ore crudelitas eminebat, expectabant omnes, quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset, cum repente hominem corripi, alte in foro medio nudari,

ac deligi

ac deligari et virgas expediri jubet. Clamat miser ille se civem Romanum esse
3. Prosopeja est fictio persona cujuslibet loquentis, qua rebus etiam mutis ac
sensu carentibus sermo accommodatur, aut vita functi tanquam presentes
spirantesq loquentes inducuntur. Sic Sallust in prima Catill: ita loquen-
tem Patriam induxit. „ Nunc te Patria coit quae communis omnium
„ nostrum parens est — — quo tecum Catilina vic agit, quae amplius tacita
„ loquitur. Nullum jam tot annos facinus exstitit nisi per te: nullum
flagitium sine te: tibi uni multorum civium necs tibi vexatio direptaq
sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum ad negligendas leges
et quaestiones, verum etiam, ad everlendas perfringendasq valuisti.
Superiora illa quamquam ferenda non fuerunt; tamen ut quotus, tuli.
Nunc vero me totum esse in metu propter te unum, quicquid increpuit
Catilinam timeri. Nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo
scelere abhorreat non est ferendum. Quamobrem discede atq hunc mihi ti-
morem eripe. Si vero ne opprimar; vin salvus, ut tandem aliquando time-
re desinam. Haec si tecum ut dixi Patria loquatur etc.„
Venustissimum est et aurea aequati aetate dignissimum Epitaphium hoc
in quo viventem maritum per Prosopopejam sic alloquitur Uxor mortua

Immatura Peri, sed tu felicior annis
Vive tuos conjux optime vive meos. —

4. Ethopeja est expressio morum seu figura qua alicujus studia, mores, indo-
lem, ingenium verbis exprimimus. Ita Sallustius Catilinam omnibus artis
coloribus egregie Pingit in illa Ethopeja, tantopere omnium conversione
laudata. „ Hujus Catilina nobili genere natus fuit magna vi, et animi et corporis
sed ingenio malo pravoq. Huic ab adolescentia bella intestina, caedes rapinae discordia
civilis grata fuere; ibiq juventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, algoris,
vigiliae, supra quam cuiq credibile est. Animus audax subdolus, varius, cujus-
libet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus. Ardens in
cupidinibus, satis eloquentiae sapientiae parum, vastus animus, immoderata, in-
credibilia, nimis alta semper cupiebat. „

5. Prosopographia est expressio vultus ac corporis totius seu Schema, quo alicujus vultum, os lineamenta incessumq, cultum ac habitum omnem describimus. Sic Martialis. Deformem verum lepide pingit:

Crine niger, niger ore, brevis pede lumine luscus
Rem magnam praestas Zoile si bonus es.



Sic etiam Franciscus Cavalcor Socratis habitum, os figuramq depingit, „Socratis Evopo non absimilis deformitate corporis fuit: ut pote simis naribus, „extantibus et prominentibus oculis, recalva fronte, prolixis humeris, obeso „ventre repandis cruribus, quem propterea recte Alcibiadeas cum Sileno „et satiris etiam formā, et specie contulit. Ac licuit semper animad„vertere Luscos, Gibbosos, vel Strabos, Claudos, similesq eorum, eo fere discrimine esse hominibus ceteris, quo sunt vitiis corporis insigniores, materiamq prebent ad jocandum Majorem: sive quod vehiculis lacessiti proptur viam festivitatem, asseverant vicissim adversarios repungere, atq ita exercitatiores in eo ipso genere fiant: sive quod priores occupunt, ne „feriantur aut ut feriantur levius.„

Feliciter admodum misceantur Prosopographia et Ethopeja propriè dicta, et ex tali mixtura Schema gratissimum efflorescit, ut liquet in exemplo sequenti, ubi M. Calphurnium sic pingit Tullius, „Convul ipse parvo animo et pravo, tantum cavillator illo genere moroso, quod etiā sine dicacitate videtur, sāpe magis quam facetus videatur, a quo nihil esse „boni Reipublicæ, quia non vult, nihil metuas mali quia non audet„ –

§2. De figuris ad docendum idoneis

1. Antithesis est figura oppositionis qua verba verbis, sententiæ sententiis opponuntq cujus rei splendidum exemplum in La Catil: „Ex hac parte pudor pugnat, illinc „petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum, hinc fides, illinc fraudatio hinc pietas, „illinc vetus; hinc honestas illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido. „Denique æquitas temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant „cum iniquitate, cum luxuria cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus.

Post

„postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens vana cum a-
„mentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione congligit„

2. Suspensio est figura qua sibi Orator ad concitandam attentionem, et ad excitan-
dos erigendosq Auditorum animos, illos tenet aliquandiu suspensos, inuitosq
quid dicturus sit, ut cum Sullius ait Contra verrem„ Etiammum nihil exspe-
„ctare videmini judices, quid deinde factum sit -- expectate facimus quam
„multis improbum? Vincam tamen expectationem omnium„

3. Communicatio est figura qua Orator causa sua confidens, deliberat cum
iis ipsis, apud quos, vel contra quos dicturus est, illos nimirum consulens
quid acturus sit. Egregium hujus exemplum in Verrina 2. ubi Cicero causa sua
confidens ait„ Nunc ego vos omnes, quid mihi faciendum putetis, de enim
„consilium profecto tanti debetis, quod ego mihi necessario capiendum intelligo,
Et pro Cluima„ Quero si te hodie domum tuam redeuntem homines armati
non modo limine tectoq aedium tuarum, sed primo aditu, vestibuloq pro-
hiberent, quid acturus sis„ —

4. Correctio seu retractatio est figura qua Orator sententiam aut verum
ore prolatam retractat, ac veluti corrigit. Ita Cicero pro Cælio„ O stul-
„titiam! stultitiamne dicam, an impudentiam singularem„ Et ex Catilina-
„ria 1.„ Quemquam quid loquor? Te ut ulla res frangat, tu te unquà
„te corrigas? Tu ut ullam fugam meditere, tu ut ullum exilium ve-
„gites? Utinam tibi istum mentem Dii immortales donarent„

Caput secundum de Figuris verborum

Figuræ verborum aliæ sunt Tropi, aliæ non sunt Tropi, Figuræ quæ sunt, sunt
tantum in verbis translatis, hoc est a vetere sibi proprio in alienam sensum
hausti, ut cum dicimus. Prata vegetet, Prata rident. Figuræ vero quæ
non sunt Tropi, sunt etiam in verbis propriis, ut cum ait Sullius; O tempora!
O Mores! et alibi hoc: Abiit, excessit, evasit, erupit. —

§. 1. De Tropis universim et in specie

1. Tropus est verbi vel Orationis a propria significatione in alienam immutatio cum
virtute, ac dignitate, ut cum dicitur. Morbus pro stupide, vel laterem lavare
pro frustra laborem suscipere, instar lateres lavantis: vota pro immutatis

cum

seu conversio fit cum virtute ac dignitate, hoc est, ad decorem Orationi pondus, Majoremq illi venustatem, ac dignitatem conciliandam. Porro Tropus sic appellatur a voce Graeca Tropo Verto, ut ad verbum inversionem sonet. Hesc autē Inversio fit multiplici variaq ratione, sed quatuor potissimum modis; unde existunt primarii quatuor nobilissimiq Tropi nempe Metaphora, Methonimia, Sinegdoche, et Ironia de quibus sequentibus. —

2. Metaphora seu Translatio est Tropus quo vox aliqua a propria Significatione ad alienam transfertur, ob similitudinem: ut cum ait Tullius ad Cesarem: paries hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt. Vox illa gestire quæ est hominis propria, transfertur ad Parietem; cujus non est propria, sed cum quo tamen habet hæc vox quandam similitudinem et affinitatem. —

Hinc porro usum ac Modum verba transferendi necessitas genuit, cum scilicet verba propria deessent, postea vero delectatio jucunditasq celebrant. Quemadmodum enim vestis depellendi frigoris causa primum reperta, postea etiam adhiberi capta est ad ornatum cultusq, et dignitatem; sic verbi translatio, solius inopiæ causa primum instituta, deinde fuit etiam ad delectationem et ad ornatum Orationis frequentata. —

3. Metaphoræ duci possunt ex omnibus omnino rebus, a Divinis a Cœlestibus ad elementis, Meteoris, lapidibus, Metallis plantis, bestiis, hominibus, eorumq operibus, adeo ut non minus lata pateat Metaphora, quam similitudo, quæ a re qualibet duci potest. Quatuor tamen præcipua capita Quintilianus enumerat atq omnes Metaphoræ commode revocari possunt. —

1. Fit Metaphora cum a re quapiam animata, ad rem aliam animatam verbum transferimus, ut cum ait Titus Livius: Scipionem a Catone volition allatrari, quæ vox allatrari cum propria sit solius canis, tribuitur tamen hominis non ut conuine. Sic etiam Christus ipse Herodem ob mores vulpinos suos est ob calliditatem atq versutiam vulpem appellavit. Lucæ 13. Ite dicite vulpi illi. 2. Fit Metaphora cum in anima pro aliis in animis ponuntur, ut habena pro gubernando freno, pro lege vinculum pro communitate vel similibus dum Tullio: hic orationis vela contrahimus.

3. Cum in anima transferuntur in animata: ut cum ipsa civitatis lumina dicunt in morte præstantium virorum extincta. 4. Denique præcipuam quandam venustatem habet, cum rebus in animis venustq carentibus, sensum quendam, animumq ac veluti

vitam

vitam damus: ut una aut Virgilius. Sontem mignatus Araxis. Id est Arminius Sic etiam Cicero pro Ligario. Quis enim Tubero, tuus ille districtus ac acie Pharsalia gladius agebat. Cujus statuas latius nuero ille patebat? quis venenus erat armorum tuorum? In Metaphoris tamen cavendum ne a re quapiam abjecta ac deformi desumatur, ne sit durior ac longius aversita, vel rem nimis amplificans; ne sit nimis poëtica; ne sit immoderata illius evaporatio; ne sit varians res nimirum omnino dissimiles inter se conjungens. Id docet Fabius „ Id imprimis est vitandum, ut quo ex genere aquis translatio „nis hoc desinas. Multi enim cum initio a tempestate sumpserint, imbrio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum fœdissima „

4. Allegoria est Metaphorarum continuatio, seu Figura, quâ aliud verbis dicitur, aliud reipsa intelligitur, unde no absurde vocatur diverboquium quod nimirum aliud dicatur, aliud intelligatur. Hujusmodi est insignis illa Ciceronis in Pisonem, Neq tam sui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus, Reipublica navem gubernasem, valvarq in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, aut collegæ tui contaminatum spiritum perhorrescerem, echis ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas; aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed unum me pro salute omnium obtuli „ —

5. Metonymia quæ etiam vocatur Pallage seu Transnominatio, est Proprium omnia vastissimus atq vitatissimus. Fit autem quatuor potissimum modis. 1. Cum causa vel quasi causa ponitur pro effectu, cum rerum inventor et Author usurpatur pro rebus ipsis, quas invenit, ut Mars pro bello, Ceres pro frugibus, Vulcanus pro igne Cicero aut Virgilius pro illorum scriptis, duæ exercitus pro ipso exercitu „ „ Onerantq Canistris dona laborate Cereris „ Id est Panis. — 2. Fit Metonymia cum sumuntur effecta pro causis aut vetus pro veteratore ipso. Ita Comicus „ „ Ubi est vetus ille, qui me perdidit „ 3. Fit Metonymia, cum res quæ continet, usurpatur pro re contenta ut Roma pro Romanis, Cœlum pro Cœlestibus, Terra pro terræ incolis. Huc pertinet illud Ciceronis pro lege Manilia „ Testis est Italia „ lia, quam ille ipse Victor Sylla, hujus virtute et consilio confessus est fuisse „ liberatam, testis est Sicilia, quam multis undiq cincta periculis, non terrore „ belli, sed celeritate consilii explicavit. Testis est Africa quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum impiorum sanguine redundavit. Testis est Gallia, per quam „ legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum interneccione patefactum est „ Ubi Italia pro Italis; Sicilia pro Siculis usurpavit. 4. Cum signum usurpatur pro re signata,

ut toga pro pace, facies pro Magistratu. Ita Cicero in Pisonem „ Concedant arma togæ, concedat laurea linguæ „ Huc refer cum hæc vox nomen genitur pro re ipsa. Ita Tullius L. I. „ Ad singula oppida circumferendo arma, nomen omnes totius Domus „.

6. Synecdoche est tropus ajuo Oratores, eque ac Poëtas valde usitatus et tritus, fit autem modis quatuor, 1. cum pars genitris protecto vg muro pro urbe, tectum pro domo, puppis vel carina pro navi integra. 2. fit Synecdoche cum totum usurpat pro parte, ut in hoc Virgilii versu „ Sontemq ignemq ferebant „ 3. fit Synecdoche cum materia ex qua facta res est accipitur pro re ipsa vg Ferrum pro gladio, Pinus pro navi, argentum pro Pecunia. 4. Denig fit Synecdoche, cum vel species omnibus pro genere, vel genus pro speciè, ut Eurus vel Aquilo pro quolibet vento, Myrtheum vel Carpathium mare, pro Mari quoquung. —

7 Ironia quæ Socrati fuit in deliciis, est figura, qua aliud plane dicimus quam verba ipsa significare videntur. Quando vg. Exempliam simulata laudatione valde ac ingeniose perstringimus nimirum aliud aperte dicendo, idque vero immendo, unde recte vocatur a Quintiliano Diversiloquium Dissimulatio et Illusio, ut constat genia ipsa Ironeæ vox. Intelligitur autem Ironea vel ex ipsa re quæ dicitur, vel ex ipsa pronunciatione certe quidem, ut si dicas: O Præclarum civium custodem lupum! Ita Juvenalis impiam ac stolidam Egyptiorum superstitionem, qui non gladiatores volum colebant, uti canem, viviam, felem, bovem, ad plantas etiam ipsas, ut porrum, et cepea divinis proveque bantur honoribus valde cavillatur hac facta et eleganti Ironia Satyr. 14. – Cuncta tota Canem venerantur Nemo Diana
Porrum et Cepe nefas violare aut frangere morsu,
O Sanctas gentes quibus hæc nascuntur in
hortis numina. —

Eximia est Ciceronis Ironia in Milonianâ, Vos stulti, inquit qui Drusum, „ qui Africanum, Pompejum, nonnelipovi cum Pu. Clodio uniserre dedecamus. Clodii „ mortem æqui animo ferre nemo potest, luget Senatus: mæret equester ordo tota „ civitas unisecta veste est, vvallent municipia; afflictantur colonia; agri denig ipsi „ tam beneficum, tam valitarem, tam manuetum civem desiderant „ —

8. Ironia duas vult regulas præcipue. 1. Ius ambigua voce continent Ironiæ, ac præcipui quendam leporem, ac venustatem habent. Ita Neronem Matricidam, qui vere Cæsar omnium gloriabatur non insaute lusit Poëta Romanus:

Luxit neget Seneca magna de stirpe Neronem
Sustulit hic Matrem, sustulit ille Patrem.

2. Ironia fieri volet adhibendo voces illas, verbaque, nimirum, si superis placet nempe: illas inquam adhibendo cum amara quadam, et salsa vocis inflatione. Ita Terentius:

Id Populus curat scilicet. Et apud Virgilium Dido Aenid 4. ——
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos — sollicitat.

5. Sarcasmus seu Subsannatio quæ ad Ironiam pertinet, est amoenlenta quædam irrisio, et truculentum genus Ironiæ, quæ fit cum magna quadam acerbitate, et contumelia, qua quispiam hosti crudeliter insultat: et apud Virgilium Trojano a vere interfecto per Sarcasmum insultat Victor Turnus. — En agros, et quam bello, Troiane petisti
Hesperiam metire jacens. Hæc præmia qui me
Ferro ausi tentare ferunt: sic mœnia condunt.
Præter hic recensitos Tropos sunt alqui alii sed hi ad superiores hosce quatuor omnino revocantur: ut Metalepsis, ad Metonymiam, Antonomasia et Syllepsis ad Synecdochem. ——

Caput Tertium de Figuris verborum Propriè dictis quæ non sit Tropi.

1. Figuræ verborum proprie dictæ sunt eæ, quæ vi in verbis continentur, ut mutatis illis figura tollatur v.g. Hæc sententia amantes sunt amentes, est figura verborum, quia periret figura, si pro amentes dicas stulti, aut aliud simile. Sed est figura sententiæ ut si quis Patriam indignat loquentem, aut si utaris similitudine, quia quocunq demum hic uteris verba, aut quocunq ea colloces ordine, manet Schema.
2. Figuræ verborum tribus potissimum fiunt modis. 1. Per Adjectionem. 2 Per Detractionem. 3. Per Similitudinem. —

§1. De Figuris per Adjectionem

Figuræ per Adjectionem octo præcipue numerantur. Repetitio, Conversio, Complexio, Conduplicatio, Gradatio, Sinonymia, Traductio Polysyndeton. ——

1. Repetitio est figura in qua ab eodem vocabulo sæpius inchoatur Oratio, ut 2. Catil. „Nihil te nocturnum præsidium Palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor Populi, nihil „consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil „horum ora vultusq moverunt, Sed quoniam hæc figura in oculos incurrit, non diutius in ea est immorandum sed aliarum demonstratione figurarum est temperandum.
2. Conversio est Figura Repetitioni prorsus contraria in qua sæpius eodem vocabulo clauditur Oratio, ut in Antonium Cicero „Dolatis hoc exercitus P.C. interfectus, interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? Eos quoq vobis eripuit Antonius. Authoritas hujus Ordinis afflicta est? Afflixit Antonius. —
3. Complexio est Figura, quæ Repetitionem simul et Conversionem simul complectitur, non nimirum ab eodem verbo, vel ab iisdem verbis incipiat, atq clauvatur. Ita Sulpitius „Quis legem tulit? Rullus. Quis Majorem partem Populi suffragiis Privavit? Rullus. Quis omnibus præfuit? Rullus! ——
4. Conduplicatio est Figura, qua idem verbum geminatur, ut Catilinaria „Vivis

et

„ Vivis et vis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam „ Interdum verba repetuntur in fine sententiæ, quæ posita fuerunt initio pro Sextio N° 6.
„ Ademit Albino veteri nomen meæ filiæ sed charitatem illius necessitudinis,
„ et benevolentiam non ademit „

5. Gradatio Incrementum seu Climax est figura in qua Orator per verbo gradus ad aliquid summum vel ultimum veluti ascendit, aut ad aliquid infimum descendit. Ita pro Roscio „ In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat avaritia, necesse est ex avaritia erumpat audacia, inde omnia vitia ac malefitia gignuntur. —

6. Synonymia est verborum idem fere significantium congeries, ad rei magnitudinem demonstrandam, ut in Milonicana „ An vero vos veli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini; vestra peregrinantur aures neq in hoc pervagata civitatis sermone versantur „

7. Traductio seu Polyptotum est variatæ casibus, aut generibus, aut modis, aut temporibus ejusdem vocabuli repetitio, ut cum ait Tullius pro Archia „ Non sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas „

8. Polysyntheton seu ut alii malunt Polysyndeton est sibona Conjunctionibus abundans, ut „ Celeritate, et liberalitate et fortitudine cæteros omnes Imperatores superavit „

§ 2. De Figuris per Detractionem

1. Retientia est figura qua fit quando verbum aliquod subaudiatur ut cum ait Tullius in Verrem „ Hunccine hominem, hancine impudentiam, hancine audaciam ferremus „

2. Adjunctio fit quando uni verbo plurima Nomina Substantiva respondent, Ita Sicro „ Vicit pudorem libido, honorem audacia, rationem amentia „

3. Disjunctio seu Dissolutio fit quando Conjunctiones et particulæ tolluntur, et imitatius feratur Oratio, ita Tullius „ Hæc studia literarum adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur „

§ 3. De Figuris per Similitudinem

Parronomasia seu Annominatio est figura qua voces pene similes ac volubiles usurpantur in sensu dissimili, ut cum ait Tullius ad Atticum „ Consul ipse parvo

omnino

animo et pravo; fauie magis quam fautiis ridiculus„ Et alibi„ Ex Aratore, factus Orator„

2. Similiter eadem est verborum per eosdem casus, et per eadem tempora expressio conexus quidam, et quasi concretio, ut cum ait Cicero„ Quid tam immane quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis?

3. Similiter desinens fit commutationis vel mutatio articuli eodem modo terminantur, ut apud Quintilianum„ Ejusdem non est, et fauere fortiter, et vivere turpiter„ Ita Cicero Pompeium laudans„ Bellum extrema hiems apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit„

§. 4. De Transitione

1 Transitio quam alii figuram esse volunt, alii cum Fabio negant est orationis quidam nexus, quo fit ut aptè copulata inter se illius membra omnino cohæreant, et unum quasi corpus efficiant.

2. Transitionis duo sunt genera alia enim est perfecta, imperfecta alia. Transitio perfecta est qua breviter monemur quid dictum sit, et quid dicendum restet, ejusmodi est hæc pro lege Manil:„ Quoniam de genere belli dixi non de magnitudine pauca dicam„ Transitio imperfecta ea est, qua alterum tantum eor exprimitur, ut in hoc Ciceronis„ Age nunc illa videamus judices, quæ universa sunt„

Caput Quartum de Stylo Oratorio

1. Stylus si primam vocis vim et originem spectas, est arma seu instrumentum, quo in aeratis tabulis scribebatur antiquitus. Hinc factum est ut Stylus pro ipsa Scriptione seu dictione et sermonis usu, seu conformatione usurpantur.

2. Stylus qui nihil aliud est, quam Orationis Character triplex: 1. Magnificus seu sublimis. 2. Humilis seu Tenuis, qui etiam infimus dicitur. 3. Mediocris seu æqualis.

3. ~~Separabilis~~ Stylus sublimis ille est, qui præstat verbis splendidis magnificis verbis quia sua nobilitate rapit quodammodo extra se audientium animos, et admirationem etiam extorquet ab invitis. Laudatur in hoc plurimum genere celebris illa Alexandri Magni Responsio cum suam ipsi filiam decem talentorum millibus, et Asiæ media parte Servatum Rex Darius obtulisset„ Ego vero, inquit Parmenio unus ex fortissimis Alexandri ducibus et amicis acciperem si Alexander essem„ Et ego, inquit Alexander si Parmenio essem„

Tale illud Alexandri ad Darii legatos„ Nuncia Dario, gratiarum actionem apud Hostium supervacaneum esse me, quæ fecerim vehen clementer et liberaliter, no amicitiæ

ejus

ejus tribuisse, sed naturæ legem. Bellum cum captivis, et fœminis genere non
soleo. Innatus sit oportet quem oderim„ Eodem pertinent egregia illa ejusdem
Alexandri verba ad suos commilites„ Nundum fœminâ æquavimus gloriâ; et jam
nos Indiæ vastitas tenet„

4. Ars comparandi Styli sublimis hîs potissimum modis fit. 1. Si nobilissima quæq; rei de
qua loqueris adjuncta, seu circumstantias convideris illamq; inspicias, qua parte illu-
strior est atq; speciosior, cætera vero vileas, atq; dissimules, ut olim apelles toute
Alexandri imaginem amicii sui Antigoni latere tantum altero extendit, ut amissi o-
culi deformitas lateret. Sic Virgilius eadem arte Neptunum curru invectum peram-
bulantem maria, soleq; mitis fluctus iratos placantem describit. —

Sic ait et dicto citius tumidi æquora placat
Collectasq; fugat nubes solemq; reducit:
Atq; una trinas imis levibus perambulat undas

2. Metaphoræ præsertim ex rebus illustribus sumptæ mirum in modum faciunt ad
Styli gravitatem atq; magnificentiam ut cum Cicero ait pro Milone„ Nullius est tanti
flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis tantaq; copia, quæ non dignam
exornare; sed enarrare, Cæsar, res tuas, gestasq; possit. —

3. Styli Magnificentiam facile consequeris, si negas assidue Authores eos qui grande
loqui, ut ita dicam fuêre, cum ampla sententiarum gravitate et Majestate ver-
borum; cujusmodi sunt Cicero Catill: 1. in Verrem Philip: 2. in Pisonem pro Mi-
lone præcipue sub finem ejus. —

5. Stylus simplex qui etiam nuncupatur tenuis et infimus ille est, qui in rebus
tenuioribus, et exilibus, cujusmodi sunt Epistolæ, Dialogi, Præceptiones, et
sermo familiaris solet usurpari. — Dotes illius sunt præcipua perspicuitas, ni-
mirum atq; mundities. Verecundus ac parens in illo debet esse Troporum ac
Schematum usus; vehementiores vero figuras cujusmodi sunt Apostrophe
Prosopopœia, aliaq; id genus omnino repudiet. —

6. Stylus Mediocris hic est, qui medium quendam locum obtinet sublimem inter
et infimum, hoc dicendi genus neq; Majestatem verborum habet, aut gravitatem
illam sententiarum, quæ in sublimi est; neq; est subtili, ac præsta oratione limatu
quemadmodum genus infimum ac simplex: sed ut ait Tullius„ Est Stylus quidam
interjectus, intermedius, et quasi temperatus, nec acumine inferioris, nec fal-
mine utens superioris, Utrumq; amborum in neutro excellens utriusq; particips„

7. Usus hujus tripliis Styli, seu Charakteris est ad officia Oratoris adimplenda.

Et cum

Et cum tria sint officia Oratoris: docere, delectare et movere; Stylo simplici utetur ad docendum, Mediocri ad delectandum, Magnifico vero ad movendum, et ad affectus concitandos. ——

2. Stylus praeterea ille ceteris est anteponendus, non qui sublimis est, aut cujuslibet alterius generis; sed qui ad rem de qua maxime agitur, sit aptus: ita ut quemadmodum loquitur Tullius „ Magna graviter mediocria temperate, humilia subtiliter efferat.

§. 1. De Stylo vitioso

Vitiosus Stylus est 1. Tumidus et Inflatus; 2. Puerilis a Frigidus, 3. Fluctuans ac dissolutus, 4. Siccus et Exsanguis. ——

1. Stylus Tumidus et Inflatus ille est, qui verba ac sententias supra modum sublimavit.
2. Stylus Frigidus ac Puerilis, sunt valde hæc duo vitia affinia, ille est, qui puerilia quædam ornamenta, frigidos lepores, indoctas allusiones, affectatas ac luxuriantes descriptiones, privatq; hujusmodi crepundia patidius aucupatur. —
3. Stylus fluctuans ac Dissolutus ille est, qui vinc articulo, vinc numero, vinc arte fluctuat huc, illuc neq; sibi ullo pacto cohæret. ——
4. Stylus Siccus et exsanguis, sive aridus ille est, qui nihil habet neq ornamenti, neq fuci.

§. 2. De Stylo Laconico et Asiatico

1. Stylus Laconicus est Stylus argutus, perbrevis et acutus, qua multa paucis dicuntur. Nomen porro traxit a Lacedæmonibus qui etiam Spartani dicebantur ac Lacedæmonii, quibus Stylus ille erat in delitiis et prolixa loquacitate nihil odiosius.
Proponuntur hic aliquot exempla Styli Laconici 1. Hostis aliquando peratores ad longe res litteras, ferrum flammamq; minanti hæc unica syllaba Græca responderunt Spartani: ei vi hoc est: si potest, vi per me te licet. 2. Philippi Regi Macedonum injustum aliquod flagitanti responderunt hæc unica littera n non. 3. Ejusdem est generis responsum Cleomenis Spartanorum Ducis ad Samios: „ Eorum quæ dixistis prima non memini, media non audivi, ultima non probo „ 4. His adde Laconicam illam epistolam Archidami ad Eleos bellum parantes „ Archidamus Eleis bonum est quievere. 5. Laconicam illam breviloquentiam mirifice expressit Cæsar in laureatis suis ad Senatum Litteris „ Veni Vidi Vici — Porro brevitas illa loquendi imperiosum quiddam habet idcoq; aptissima est minantibus, mirisq; prodest ad animos perterrefaciendos. Nam nil in tenebris magis timentur omnia, quam in luce; sic ille Orationis quasi tenebræ terribiliora reddunt ea, quæ proponuntur, inquit Muretus in variis lectionibus

2.

2. Stylus Asiaticus ille est, qui fusiori quodam orationis ambitu circumscribit, multisq verbis pauca dicit. Asiatici nomen traxit ab Asiæ populis qui dissolutum Stylum illum in deliciis habebant: illius exemplum quotidie videre est in verbosis illis hominibus, qui tam multis pauca dicunt. Illum porrò Stylum Asiaticum quivis vel vapidus fugiat. Quid enim tam insulsum est, quam verbosi vel optimorum vocibus inanis, nullo subjecta sententia?

Pars Quarta

de Diversis Orationum Generibus

Omnes quæ haberi possunt Orationes ad tria dicendi genera revocantur: nempe, ad Genus Demonstrativum, Deliberativum et Judiciale. —

Ad Genus Demonstrativum pertinent: 1. Oratio Panegyrica: 2. Oratio Natalitia seu Genethliaca, 3. Epithalamium seu Oratio Nuptialis 4. Oratio Funebris, & Gratiarum actio. 6 Epinicium seu Oratio Gratulatoria. —

Ad Genus Deliberativum revocantur: Suasio, Dissuasio, Hortatio, Commendatio, de duobus hisce orationum generibus enucleati videamus: nam Judiciale minus est nostra ætate usitatum. —

Caput Primum

De Orationibus ad Genus Demonstrativum pertinentibus.

§. Primus De Oratione Panegyrica

1. Panegyricæ Orationes proprie dicebantur illæ, quæ magno apparatu habebantur olim in Panegyri, hoc est in publico, solemni Græcorum undiq convolantium cœtu, vivæ laudes faciendos, vivæ ac varia, nundinasve in aliquo imperio celebrandas. — Hæc erat ratio veterum illarum Orationum quæ habebantur in Panegyri, hoc est cœtu universali. Sed posterioribus temporibus, non illæ solum vocatæ Panegyricæ, quæ solemnibus in laudes dicerentur, sed illæ etiam, quæ in nobili quopiam concessu, qualis est Senatus in Principum laudem, et Ecclesiæ in honorem Sanctorum dicebantur

2. Series rerum in Panegyrico duplex: Artificialis et Naturalis. Servatur series Artificialis, cum indiscriminatim confuso temporis ordine, omnia ad certa quædam capita ex arte revocantur. Sic Tullius in Manilia, Pompeji laudes refert ad Virtutem, ad Auctoritatem, et Felicitatem. Sic etiam Q. Curtius Alexandrum M. laudat ex hoc duplici capite Virtute videlicet et Fortuna, Fatendum est inquit, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ quam vellet omnium mortalium in potestate habuit,, Sic porro Artificialis Ordo longe plus habet artificii ingenii quam Ordo Naturalis. —

Series Naturalis ea dicitur, in qua historiæ, ac Temporis Ordo servatur. Hæc autem series dividitur in tria tempora; illud quod vitam antecessit, illud quod quis vixit, et vi naturæ consecutit, illud quod mortem est consecutum. —

℣. 1. Quid laudare poterit Orator in tempore illo, quod ortum antecessit? ℟. Tria, nempe: Genus, Patriam, Auguria, vi quæ forte natalem pueri horam antecesserint. 1. Si genus vit illustre laudabis a splendore natalium, majorumq rebus gestis quæ sunt quædam virtutes quasi semina in nobilium animis inserta. Dices Majorum virtutem in eâ quem laudas consanguine pariter fuisse transmissâ, filiosq impressis Majorum Vestigiis insistere velle. 2. Laudandus videbitur qui obscuro genere est natus? Respondebis cum Seneca „ Non fecit Nobilem, atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in „ nostram gloriam vixit; nec quod ante nos fuit nostrum est. Animus fecit nobilem „ cui ex quacumq conditione, supra conditionem licet surgere, quod probandi e et exemplis probabilitatem, hoc ipsum in laude poni volet. Si vero fuerit ignobilis; obscura, et infamis; Usurpabis memorabile illud Anacharsis Verbum, qui cum natus esset in Scythia et a Græco nescio quo. Barbarus a Scytha contemptam appellaretur, per quam ingenuosi respondit. Mihi quidem Patria probro est, tu vero Patriæ. —

℣. 2. Quomodo laus dicitur a Patria? ℟. Si ea fuerit illustris, Virisq insignibus nobilitatet, hoc ipsum in laude poni volet. Si vero fuerit ignobilis; obscura, et infamis; Usurpabis memorabile illud Anacharsis Verbum, qui cum natus esset in Scythia et a Græco nescio quo. Barbarus a Scytha contemptam appellaretur, per quam ingenuosi respondit. Mihi quidem Patria probro est, tu vero Patriæ. —

℣. 3. Quomodo laudari quis potuit ab Augurio, et signis, quæ illius ortum antecesserunt? ℟. Si quid forte singulare contegerit quo pueri futura claritas et amplitudo quomodocumq prodendi videatur id volenter in laude ponendum erit. Hujusmodi est fax illa, quam Hecuba prægnans utero gestare se somniavit. Ejusmodi est etiam vitis illa, quam in somnis vidit Astyages, quæ palmitibus Asiam obumbraret, unde Cyri magni futurum prævagiri, ab Aruspicibus responsum est. Id genus est etiam illud examen apum, quod in nascentis, vel vagientis Ambrosii labris consedisse dicitur. Huc audeo quoq de Miraculi S. Joannis Baptistæ Ortu narrant Sacræ Paginæ. Huc omittenda est illa Obstetricis flamma, quæ nascente Joanne Pico Mirandulano, qui postea erroribus quibusdam pertentum fuit, supra caput Matris parientis visa est, et mox evanuit. —

℣. 4. Quænam in hominis vita laudem præcipuam merentur? ℟. Tria hæc imprimis Virtus, vidlicet Sanctus Primum ut par est inter virtutes locum obtinet Religio pietasq in Deum, in Parentes, et Patriam. Ex hoc capite quam ipsius commendatione exoritur Æneas — Ilion. —

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste Penates — Classe veho mecum. —

Secundum locum sibi jure vindicaret Clementia, moderatio atq Facilitas. Ex primo Capite Cæsarem miriflice commendat Tullius pro Marcello „ Animum vincere, iracundiam „ cohibere victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, Virtute præstantem „ non modo extollere jacentem sed etiam amplificare ejus pristinæ dignitati hæc ipsi fuisse „ non cum summis Viris comparo, sed simillimum Deo judico „ —

Persius

Sertio, laudabitur liberalitas, atq beneficentia, qua nimirum una Reges atq Principes proprius ad Deum accedere possunt. Commendabitur area illa Scytharum Legati ad Alexandrū vox „ Si Deus es, retribuere hominibus beneficia debes, non vita eripere, „ Celebrabit quoq poterit liberalitas Imperatoris Titi, qui nihil cuiquam, quod conuenDi fas esset abnuebat, „ Negare inquit Suetonius, oportere quenquam a Principe tri„ stem discedere „ Cum vero aliquando inter cenandum diem illum beneficio vacuū abisse meminisset, conversus ad amicos inquit „ Amici, diem perdidimus „ Adeo caluit Principibus vitam ad bene merendum de mortalibus datam existimabat, proindeq omnium eq ac infimus charum illius animum experiebatur, ut humani generis deliciis merito diceretur. ——

Qs. Quomodo laudari quis potest a Scientia et artibus? Rp Ex duplici capite 1. Si liberalibus disciplinis instructus sit, is, qui laudatur. 2. Si earum literis, et artibus faveat et promoveatur. Ex hac posteriori capite Imperatorem Trajanum magnifice celebrat Juvenalis Satyr 7.

Et spes et ratio studiorum in Cæsare tantum
Solus enim tristis hac tempestate Camenas —— Respexit. ——

Qb. Quanam res laudantur in corpore? Rp Laudatur in corpore Pulchritudo, robur et sanitas, hisq similia. Qui hæc habuerit laudabitur, quod bene vti illis unus: Quinon habuerit, quod vaqinter caruerit: Qui amiserit, quod tulerit moderate. ——

Qc. Cur cadua hæc, et noxia plerumq corporis bona in homine laudantur? Rp 1. Laudantur quia licet in se veram laudem non habeant, quæ uni virtuti debetur; tamen virtus in eorum usu, atq moderatione vel maxime cernitur. 2. Quia forma dignitas, est optimæ mentis indicium, et simulacrum quoddam, ac flos quidammodo virtutis. Unde non inepte dictum est ab Eumenio in Panegyrico Constantini M „ Naturam ipsam magnis „ mentibus domicilio magna metiri, et ex virtute hominis, decoroq membrorum collig, posse, „ quantus cælestis Spiritus intraverit habitator „ 3. Quia corporis decor est muta quoddam commendatio, et ut eleganter ajebat Carneades „ Regnum absq satellitio „ — Quod si turpiculus fuerit et deformis, qui laudatur tum vane corporis virtutum egregiis animi dotibus solerter compensabis, confugiq ad illud Ovidianum ——

Si mihi difficilis forma natura negavit;
Ingenio formæ damna rependo meæ
Fortunæ bona sunt honores et divitiæ. —

Hinc a honoribus bifariam quisq commendari poterit: vi nempe illos promeritus fuerit, illisq bene usus. Et si auti omnino unum Trajanum laudat Plinius, quod demum erit honores antequam illos tuisset adeptus „ Soli inquit, contigit tibi ut Pater Patriæ esses, antequam fieres „ 2. Si meruerit simul et præverterit, quemadmodum magnanimus ille Frontinus, quam Rufo ita comparat Plinius in Epistolis „ Uterq inquit „ ad gloriam pari cupiditate diverso itinere contendit. Alter Rufus cum expetit debitos „ titulos: Alter Frontinus, cum maluit videri contempsisse „

A Div

A Divitiis aliquis laudatur. 1. Si eas possideat nō tamen ab illis possideatur. 2. Si iuste honestis laboribus partas. 3. Si iis utatur non ad perfrendas voluptates, sed ad usus vitæ honestos, vel adjuvandos amicos, vel ad egenorum inopiam sublevandam, ut Trajanus de quo ita Plinius: „nihil magis tamen credis; quam quod pecuniosos habes, „Quod si bonis fortunæ caruerit is, quem laudas, confugis ad tritos illos, communesq; locos, blandientis fortunæ munera potius esse in malis, quam in bonis numeranda, caduca semper hæc esse, non virtutis et ingenii, sed inertes sortis, et temporum munera: infelicitatis genus esse, semper esse felicem. Mouspabis autem illud verbum; Nescis quomodo bonus mentis vocet sit pauperias, „Amplificabis Horatianum illud „Aurum irrepertum, et sic melius situm cum latet„

P. 8. Quid si de tempore ultimo, quod mortem subsequitur, nec ratio habenda veramdem? R. Allegari potest eximium illud D. Ambrosii dictum, „Ante mortem nulla est perfecta laudatio neq; quisquam in hac vita potest definito præconio prædicari; Cum posteriora ejus incerta sint, Duo tamen in ultimo tempore laudari possunt. 1. Quæ in ipsa morte. 2. Quæ sub ipsum mortis tempus contigere.

P. 9. Quid in ipsa morte potissimum considerare debet Orator? R. Duo genus mimirum et causa mortis. Genus si quis pie et fortiter obierit, ut Sapientem et probum decet; laudo vero laudabitur, si nec pie vel pro Patria pugnans occubuerit; Dulce enim ac decorum est pro Patria mori, inquit Horatius, vel si pro tuenda Religione Martyr occubuerit ut Sanctissimi Christi Athletæ ad Sanguinem usq; dimicantes; vel denique si honestis animi corporisq; laudibus id est laboribus, ac curis sibi ipse mortem accelleraverit.

P. 10. Quænam post mortem unviderandæ? R. Tria hæc optari solent. 1. Pompa funebris, et Honores habiti mortuo; ut quod Aristoteli statua fuerit erecta cum inscriptione hujusmodi; „Aristoteles Philosophorum optimus„ vel quod uni demetrio Phaleræo Statuæ trecentæ et sexaginta fuerit Athenis positæ vel ejus Georgio Leontino, non aurata ut cæteris, sed aurea Statua erecta fuerit. 2. Spectatus bonorum mœror ac luctus.

Sed nihil in hoc genere comparandum cum incredibili in solitoq; omnium ordinum luctu, et acerbissima militum complanatione post Alexandri mortem quæ elegantissime ita describit Curtius N. 10. L. Suprema hæc vox Regis fuit, „et paulo post extinguitur. At primo ploratu lamentatuq; tota Regia personabat; mox velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpescunt, ac cogitationes quid deinde futurum esset dolore converso. Nobiles pueri custodiæ corporis ejus assueti, nec doloris magnitudinem capere nec se ipsos intra vestibulum Regiæ

Retinere

» Retinere potuerunt, vagiq ac furentibus similes totam urbem luctu, ac
» moerore impleverant, nullis quæstibus omissis, quæ in tali casu dolor
» suggerit. — Nec potuerant victi a victoribus in communi dolere discerni. Persis
» justissimum ac mitissimum Dominum, Macedones optimum ac fortissimum Re-
» gem invocantes, certamen quoddam mororis edebant. Nec moestorum solum
» sed etiam indignantium voces exaudiebantur; tam viridem, in flore ætatis
» fortuneq, invidia deorum ereptum esse rebus humanis. Vigor ejus et vultus
» educentis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros
» pro concione donatis, ocurrebat oculis — Persæ comis more suo detonsis in lugu-
» bri veste cum conjugibus, ac liberis, non ut victorem, et modo hostem, sed ut genti
» suæ justissimum Regem vero desiderium lugebant. ad Darii quoq Matrem
» celeriter fama perlata. — Abscisca ergo veste, qua indutta erat, lugubrem
» sumpsit, laceratisq crinibus, humi corpus abjecit — Ad ultimum doloris cu-
» mulum obvolutoq capite accidentes genibus suis neptem, nepotemq aversata,
» cibo pariter abstinuit, et luce; Quinto postquam mori statuerat die extincta est,
» Denique spectantur filii superstites relicti, unde elevari mortis moror, damnumq ali-
» quo pacto sarciri posset ita D. Ambrosius in funere Theodosii M. Ergo inquit, tan-
» tus imperator recessit nobis, sed non totus. Reliquit enim liberos, in quibus eum
» debemus agnoscere, et in quibus eum cernimus, et tenemus. Intelligit autem ho-
» norum, et stipendium, qui Patri in Imperio successere.

2° M. Quænam observanda sunt in Personarum laudatione? R. Tria hic: 1. Ne ad amen-
titas, fictitiasq laudes recurramus, quæ scribit non splendore allerunt
Orationi; sed in veris etiam omnino fide derogare solent. R. Cavendum est,
ne in mediorum rei copia res convertemur vires, et facta leviora. 3. Denique
hic observandum erit diligenter, ut non communes ac pervagatas, sed propriis
cujusq vel saltem cum paucis communes laudes perquisitasque consectemur. Quæ
propiter planæ, ac perspicuæ tibi esse debent, quæ propria sunt illius de quo agit

1° Pars De Oratione Natalitia seu Genethliaca

1. Oratio Genethliaca quæ etiam Genethliacum, vel Genethliacus appellatur est Oratio,
qua alicujus diei Natalis celebratur. ——
2. Oratio Genethliaca quatuor in se continet Partes seu Capita. 1. Continet Laudes Paren-
tum, atq Majorum, quæ jure quodam hereditario pertinere videntur ad prolem.
2. Spem quam præbet puer vitæ aliquando cum laude peragendæ, 3. Lætitiam
et Gratu

et Gratulationem de Prole feliciter Parentibus nata. 4. Vota et preces ad Deum O. M. ut infanti fauste, feliciter, prospereq; eveniant omnia, atq; in Patria decus, et ornamentum adoleveat. —

3. Dispositio Genethliaci debet esse talis. Exordium erit Latitiæ et Gratulationis plenum, et ductum ab aliqua temporis, loci v Personæ circumstantia. Confirmatio continebit Parentum laudem, et varias causas, quæ lota omnia de infante spectare jubeant. Peroratio denig vota, precesq; pro filii et Parentum incolumitate continebit. —

4— Quid est Oratio Lustrica? R. Est ea, quæ a veteribus nonnullis habebatur quando infanti nomen imponebatur. Vocabatur autem Lustrica Oratio quod dies ille Lustricus seu Lustralis vulgo diceretur. verum quoniam illius Orationis genus penitus apud nos videtur obsolevisse in illo tractando operam et dium perdemus. —

S. 3us De Oratione Nuptiali seu Epithalamio

1. Epithalamium ut vox ipsa satis indicat, est Oratio quæ alicujus Nuptias celebrant seu autem appellatur a voce Græca thalamos quæ cubiculum Nuptiale significat.
2. Partes Epithalamii sunt quatuor, 1. dicitur generatim et universe de Nuptiarum laudibus, et de bonis Matrimonii; quos scilicet hominum societas primum cœpit urbes condita sunt, genus humanum propagatur, vita levantur incommoda, et mutua charitas, atq; benevolentia cognationibus et affinitatibus serpit, atq; diffundit. Secunda Pars quæ præcipuam quandam curam, diligentiamq; desiderat continet laudes utriusq; conjugis. Ducuntur autem laudes illæ ex Parentibus, a Patria, ab Honoribus, animi dotibus, et a cæteris illis capitibus, unde laudari homines volent. 3. Laudatur Nuptiarum apparatus, celebritas, popularium et affinium prædicatur lætitia, et aliqua etiam laude aspergi volent, qui ad Nuptias convenere. 4. Denig precipuis et sanctis omnibus claudetur Oratio, et vota Deo, superiq; pro felici liberorum virtu, mutuaq; conjugum concordia nuncupantur.

S. 4tus De Laudatione funebri

1. Oratio Funebris est ea, quæ habetur vel in ipso funere, vel in anniversario funeris die, ejusmodi erant Orationes illæ, quas ad Mausoli Sepulchrum quot annis haberi jussit Artemisia, itemq; quæ Athenis habebantur in laudem eorum, qui in bello pro Patria occidissent quales est Oratio Periclis apud Thucididem, Thucididem.
2. Funebrium Orationum inventor apud Græcos fuit Solon unus e septem Sapientibus apud Romanos vero Valerius Publiola, qui collegam suum Junium Brutum in pugna contra Sarquinios cæsum Funebri Oratione prosecutus e tantos in populi affectus fuit ut exinde mos ille obtinuerit publice

publice laudandi Duces ex, qui in bello occidissent, et a Romanis mos ille ad
cæteras Gentes, et ad ipsosmet etiam Christianos. Hujusmodi fere laudationibus
mendosam factam esse Historiam, Authore ~~Plinio~~ Tullio, et post illum Livio
quos nempe supra modum res in illis augeri volerent, et bene multa assentatorii
magis, quam vere dicerentur, ut fere vita —

3. Orationem Funebrem tribus omnino Partibus constare debere: nimirum laudem-
volationem, et Parenesi vive Adhortatione laudem mortui consolatione Parentum,
et affinium; Parenesi vero Adhortatione ad Superstites, ut in mortui vita atq virti-
tes tanquam in exemplar intueantur.

4. Exordium Funebre magnam quamdam mœroris, luctusq significationem fere
repere omnino debet. Duci autem poterit: 1. ab Exclamatione. Sale est Exordium
brevis illius sed Perelegantis Orationis Tullianæ in morte Cæsaris Oratoris Cla-
rissimi „ O fallacem nostram spem, fragilemq fortunam, et inanes nostras
„ contentiones, quæ in medio spatio vasa frangunt, et corruunt, et ante in ipso
„ cursu obruuntur, quem portum conspicere potuerunt. 2. Duci potest Exordium
a Descriptione funebris apparatus, vel a mesto audientium silentio, quæ res utrag
sacrum horrorem audientibus inuitiat. Sale Exordium a P. Deodonia habita
est, in funere Camilli Archiepiscopi et Proregis Liguriæ, „ Quod tristi silen-
„ tio tacitaq mœstitia defixos, et rerum a me dicendarum expectatione suspen-
„ sos esse vos video am, Auditores, arguit illud quidem dolorem vestrum, ejus
„ rim acerbissimam in vestris animis atrox esse vatio intellego. Ab hac
„ vestra mœror fide expectatio tanta, ne mihi vobisq fraudi sit, est omnino
„ quod timeam. Habent hoc nempe magni dolores, ut superbissimos sit illorum
„ sensus, delicatissimumq fastidium. Habent hoc ut repugnando fœdile reru-
„ descant neq se nisi caute admodum ac molliter pellari patiantur. Verum
„ opprimar ante licet officii fundere, quam illud deseram „ —

3. Duci poterit Exordium a gravi aliqua Apophtegmate de fragili caducaq re-
rum humanarum arte, qua nervis ut cum maxime ante oculos obversatus.

4. Duci poterit ab Adjunctis, quæ forte laudandi mortem circumstetere. Sine
Imperatoris Theodosii M. laudationem funebrem orabit D. Ambrosius, „ Hæc inibi
motus terrarum graves, hoc imbres pluviæ sinabantur et ultra solitum caligo
tenebrosior demanabat, quod Clementissimus Imperator Deo suo reassurus esse se sensit.

e tergo Ipsa

Ipsa igitur Clementia recessum ejus morebant. Calum tenebris obductum, aër perpetua horrens caligine, terra jactabatur motibus, replebatur aquarum alluvionibus. Luctus mundum ipse defleret cum Principem existimet esse naturæ, per quem dura mundi statuta temperari volerent.„

5. — Denique abruptum eorum ad meorandam omniveratione longe aptius videntur, quam temperatum ac leve. Ita Muretus exordiatur in funere Caroli Noni Galliarum Regis„ Hoc igitur unum restabat afflictis, ore jene prostratis infelicis Gallia rebus, ut Carolus Rex, quo se illa recreabat, ac solabatur unus de quo cogitans, in quem intuens, omnium, quae exapit, acerbitatum memoriam deponebant, cum bonorum animos, ad aliquam spem quietis erigere capisset, in ipso incuntis adolescentiæ flore, acerba atq immatura morte raperetur. O fallaces hominum spes! O irrita vota Olubria, et antiquira humana vitæ omnia

5 Confutatio, tribus illis quæ supra memorata sunt partibus constabit, laudem mortui, consolatione, atq Parentes; laude mortui; consolatione Propinquorum ac amicorum, et Parentes adstantes. Quod attinet ad mortui laudem, videnda quæ diximus de Panegyrico, a quo minimum hoc tantum differt Oratio funebris, quod auditorum voluptatem requatur, et capiat Panegyricus: Funebris vero laudatio nihil nisi mœrori serviat, atq tristitiæ, unde Vitandum erit diligenter, quicquam lætitiæ, gaudiumq possit animis ingenerare. Mœrentium dolorem utcunq consolabitur: 1. vitæ ab amicis laudabiliter actæ felix recordatio. 2. Honores viventi mortuoq habiti, et omnia, quæ virtutem ejus testantur, tum publica tum privata monumenta. 3. Spes minime dubia de immortali ævo, quo ille inter felices animas in cœlo perfruitur vel aliquando perfruiturus est. 4. Filii nepotesq superstites de quos paterna virtutis hæreditas transit. — Denique adstantibus, earum, quas celebratissimus virtutum recordatione stimulos admovere conabimur. —

C. Perorationis faciendæ hic est artificium et hæ partes: 1. Æternam pijs mortuis felicitatem apprecari mortuo. 2. Sempiternam ejusdem apud Posteros cogitare, ac polliceri memoriam. 3. Summum illius desiderium in auditorum animis excitare.

§. 5. De Oratione Eucharistica

1. Oratio Eucharistica dicitur ea, qua ob acceptum aliquod insigne beneficium, gratias agimus alijs. Fecit autem illud Eucharistiæ nomen a voce Græca Eucharizeia id est gratias agere. —

2.

2. Tres sunt precipue partes Eucharistici: 1. Significamus latitiam obortam ex accepto beneficio. 2. Accepti beneficii magnitudinem amplificamus. 3. Gratum et memorem animum pollicemur.

3. Exordium hujus Orationis versari debet in aperto quodam, undidoq dicendi genere et magnam grati animi vim quocumque de eximendi gestientis significationem continere. Duci autem poterit 1. a Beneficii Magnitudine, cui pro eo ac par est, verbis exornando, te imparem profiteamur. Sic Fullius in Oratione post reditum habita in Senatu= „Si Patres Conscripti pro Vestris immortalibus in me fratrumq meis „liberisq nostris meritis parum vobis cumulate gratias egero; quoso obtestorque „me & naturam, potius quam magnitudini beneficiorum in tribuendum putetis. „Quæ enim tanta potest existere uberies ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod „tam divinum atq inaudibile genus Orationis, qua quisquam possit vestra in nos „universa promerita non dicam complecti oratione, sed percensere numerando? 2. Potest duci Exordium ab excusatione diuturni silentii post acceptum beneficium. Hoc pacto Fullius Exordium unum illud eximium Eucharisticum ad Cæsarem pro impetrato M Marcelli reditu.= Diuturni silentii &c. quo eram his temporibus usus non „timore aliquo, sed partim dolore partim verecundia finem hodiernus dies attulit; tamq „initium quæ vellem, quæq verterem nec pristino more dicendi.„

4. In Confirmatione Orationis Eucharisticæ. 1. Amplificanda est, et in bono lumine collocanda beneficii Magnitudo. 2. Laudanda est persona a qua beneficium est profectum.

5. In Peroratione servandum est hoc: accepti beneficii memoriam nunquam interituram et labali ut ita loquar clavo figendum esse pollicebis. Ita Antonius ait ubiq sibi occurrere Beneficia Gratiani: in templo, in foro, in Curia, in Patio domi= Sic etiam Mamertinus ad Imperatorem Julianum= In referenda gratia hoc tibi polliceor „semperq præstabo mihi, nec in suggerendis consiliis veritatem, nec in audiendis peri„culis animum, nec in laboribus perferendis industriam defuturam.„

§. 6 De Epinicio et Gratulatione

1. Epinicium est gratulatio ob repertatam Victoriam. Sic autem vocatur a Voce Græca Nika victoria.

2. Exordium in hoc Orationis genere debet esse splendidum, floridum hilaritatis ac lætitiæ plenum. Videtur autem abruptum magis esse debere, quam temperatum. —

3. In Confirmatione amplificatur 1. Belli necessitas. 2. Belli difficultas. 3. Æquitas in suscipiendo, diligentia in apparando, virtus in gerendo, celeritas in conficiendo. 4. Enumerabuntur commoda et Utilitates Victoriæ, quæ timore populos, direptione Urbes, vastitate Provincias liberavit. Laudabuntur fortissimi Viri qui in bello strenue pugnantes occidere.

4

4. Peroratio Vota continebit pro Victoria incolumitate, gloria felicitate, postquam Deo O.M. Victoriarum largitori et bonorum omnium fonti grates fuerint, ut par est pro voto Suo si non pro Victoria, seu pro accepto insigni quopiam honoris ac dignitatis gradu fiat alicui Gratulatio; significabit. 1. quantum concepcris animo voluptatem ex illius nova dignitate 2. Quanta sit etiam publica hilaritas, et letitia. 3. Honoris et gradus amplitudinem verbis extolles. 4. Non casu non prehensatione et ambitu non precibus, muneribus, sed meritis rebusq gestis fuisse comparatum hunc honorem, quem multi ambierant, perpauci obtinuerunt. ——

Pertinet etiam ad Demonstrativum genus, Athenæa, Propemptikon Apobaterion, et Gubaterion

1. Soteriam vocamus quandam Orationis genus, quo restitutam alicui vanitatem gratulamur, et pro illius incolumitate, et valitudine grates agimus Superis. –

2. Propemptikon est Oratio qua discedentem aliquem fausta omnibus votisq prosequimur. –

3. Apobaterion Est Oratio, quam habemus discedentes ex Patria vel ex alio quodam loco, ubi cum singulari benevolentia significatione omnium excepti. ——

4. Gubaterion est Oratio, quo habetur ab illo, qui post longam peregrinationem domum incolumis redit. ——

Caput secundum

De Orationibus ad Genus deliberativum pertinentibus

Materia generis deliberativi sunt res omnes in manu et arbitrio nostro positæ: Ut enim aut Virtutis = Sollitur omnis deliberatio, si intelligatur quispiam fieri non posse, aut imponatur necessitas, Neq enim quisquam deliberat, qua ratione perpetuo victurus sit quoniam intelligit sibi morienda necessitatem immunere, neq quisquam deliberat, quo modo valere possit velit enim sibi alas non adesse = — Finis generis Deliberativi est honestas et utilitas. Ad genus deliberativum pertinent Orationes de quibus §is sequentibus

§. 1. De Suasione et Dissuasione

1. Suasio est Oratio deliberativa, qua volenditur quid faciendum sit. Dissuasio ne aliter contrario suadet. –

2. Suasio et Dissuasio ducuntur ab honesto, utili necessario, facili, jucundo cum aliquid suadendum est; et e contrariis capitibus cum est aliquid dissuadendum. –

Honestum id intelligimus, inquit Cicero, quod tale est, ut detracta omni utilitate, per se ipsum laudabile sit, et expetendum, ut di quempiam hortemur ut M. Attilii, Reguli exemplo malit ad mortem, vel ad vincula mori, quam datam hostibus fidem fallere —

Utile est, quod propter commodum expetitur, sive adjunctam habeat honestatem, ut gloria, honor, dignitas; sive non habeat, ut divitiæ, valitudo tranquilitas; malorum depulsio &c. Ex his locis Catilina Conjuratos hortatur ad facinus nefarium, quos ille maximum ait pulcherrimum vocat = Nobis est domi inopia, foris æs alienum mala res spes multo asperiores, Denique quid reliqui habemus præter miseræ animæ? Quin igitur expergiscimini? ‘in illa, quæ vapæ optanda libertas, præterea divitiæ, deq, gloria, in oculis vita et. Sortima ea omnia victoriæ præmia ponit

Necessarium dicitur id omne, sine quo salus aut dignitas stare non potest. Vel necessarium dicitur quod ita utile est, ut sine eo res, nec esse possit, unde et nomen derivatum est. Ejusmodi est Ciceronis argumentum in 4. Philip.= Agit enim non qua conditione Victuri, sed victurine vivamus, aut cum supplicio ignominiaq; pereamus. Facile illud est, quod sine magno labore sumptuve, aut molestia, brevi tempore fieri potest: quo quis vane omnia maximo vunt adpersuadendum momento. Irritra enim suadet id quod vix, aut aegre admodum fieri posse credit.

Jucundum dicitur, quod honestam habet voluptatem vel animi, vel corporis. Hinc ducit illud Argumentum Tullii:= Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis, ata „procivum esse intellexero magnam te ex eo, et perpetuam voluptatem esse capturū.

3. In suadendo et dissuadendo tria precipuè servanda sunt. 1. Quid sit de quo deliberetur? 2. Qui sint qui deliberant? 3. Quis sit qui suadeat vel dissuadeat. ~~4. Irrita~~

4 Suadentibus et dissuadentibus tria pariter maxima spectanda sunt: Prudentia, Probitas, et Benevolentia.

1. Prudentia= Quia iisdem habere volemus, ait Tullius, quos, plus intelligere, ac videre quam nos, arbitramur. 2. Probitas quia quo quis versatior et callidior, hoc invicta et suspectior detracta opinione probitatis. 3. Benevolentia, quia ut vel maxime prudens et probus, quis credatur, tamen si odisse nos, vel parte alteri melius velle existimetur nq; quam nobis bene consulere velle judicabitur. Tria hæc complexus esse videtur Cicer: L. L. ad Atticum= Nunc mihi et consiliis opus est, tuis et amore, et fide quod cognita, experta sunt omnia. Vide habeo. Nam Consilium ad prudentiam pertinet, fides ad virtutem amor ad benevolentiam.

§. 2. De Hortatione, et Dehortatione

1. Hortatio a Suasione hoc differt, quod suademus ratione et Consilio, hortamur vero motu, atq; impulsu. Unde suasio proprie pertinet ad intellectum. Adhortatio vero pertinet ad affectum. Suasio docet, eoq; plus habet Argumentorum: Adhortatio vero inflammat, ac propterea plus habet Caloris. Suasio facit, ut velis, quod faci oportuit, Adhortatio ut velis et aveas.

2. Affectus in Hortatione sunt ~~cont~~ concitandi. 1. Spes et Fiducia 2. Amor et Desiderium rei, quæ suadetur. 3. Æmulatio alienæ gloriæ, quæ est potentissimum ad virtutem stimulus animos telum. 4. Laudabis virtutem illorum, quos hortaberis, illoq; hortatu haud indigne dices: quia ut observat Tullius, in excitando, et audiendo plurimum valet vi laudis unqa hortando. Illustre Adhortationis exemplum est apud Curtium L. 8. ubi Alexander trecentos Juvenes adhortatus, ut invadant præruptam illam et undiq; abscisam Sogdianorum petram, quæ intriginta stadiorum altitudinem eminabat, et quam Arimazis aut triginta armatorum millibus obtinebat.= Vobiscum o Juvenes, et mei æquales Urbium invictarum ante monimenta

Super

4. Peroratio Vota continebit pro Victoria incolumitate, gloria felicitate; postquam Deo O.M. Victoriarum largitori et bonorum omnium fonti grate fuerint, ut par est precari. Quod si non pro Victoria, vel pro accepto triumphi quopiam honore ac dignitatis gradu fiat alicui gratulatio; significabis 1. quantum ceperis animo voluptatem ex illius nova dignitate 2. Quanta sit etiam publica hilaritas, et lætitia. 3. Honoris et gradus amplitudinem verbis extolles. 4. Non casu non prehensatione et ambitu non precibus, muneribus q. sed meritis rebusq. gestis fuisse comparatum hunc honorem, quem multi ambierant, perpauci obtinuerunt. ——————

Pertinet etiam ad Demonstrativum genus. Ubertio, Propemptikon Apobaterion et Cubaterion

1. Soterium vocamus quoddam Orationis genus, quo restitutam alicui vanitatem gratulamur, et pro illius incolumitate, et salute grates agimus Deo. —

2. Propemptikon est Oratio qua deducentem aliquem sanctis omnibus votisq. prosequimur. —

3. Apobaterion Est Oratio, quam habemus deducentes ex Patria vel ex alio quodam loco, ubi cum singulari benevolentia significatione omnes excepti. —

4. Cubaterion est Oratio, qua habetur ab illo, qui post longam peregrinationem domum incolumis redit. — —

Caput secundum

De Orationibus ad Genus deliberativum pertinentibus

Materia generis deliberativi sunt res omnes in manu et arbitrio nostro positæ: Ut enim ait Tullius = Tollitur omnis deliberatio, si intelligatur quicquam fieri non posse, aut imponatur necessitas. Neq enim quisquam deliberat, qua ratione perpetuæ vitæ usus sit quoniam intelligit sibi moriendi necessitatem immineri, neq quisquam deliberat, qua re uti possit quia enim sibi alas non adesse = — Finis generis Deliberativi est honestas et utilitas. Ad genus deliberativum pertinent Orationes de quibus sequentibus

§1 De Suasione et Dissuasione

1. Suasio est Oratio deliberativa, qua ostenditur quid faciendum sit. Dissuasione autem contrario suadet.

2. Suasio et Dissuasio ducuntur ab honesto, utili necessario, a facili jucundo cum aliquid suadendum est; et e contrariis capitibus cum est aliquid dissuadendum. —

Honestum id intelligimus, inquit Cicero, quod tale est, ut detracta omni utilitate, per se ipsum laudabile sit, et expetendum, ut si quempiam hortemur ut M. Attilii, Reguli exemplo malit ad mortem, vel ad vincula mortis, quam datam hostibus fidem fallere —

Utile est, quod propter commodum expetitur, sive adjunctam habeat honestatem, ut gloria, honor, dignitas; sive non habeat, ut divitiæ, salutis tranquillitas; malorum depulsio &c.

Ex his locis Catilina Conjuratos hortatur ad facinus nefarium, quod ille maximum ait pulcherrimum vocat = Nobis est domi inopia, foris æs alienum mala res, spes multo asperior; Denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igit expergiscimini? ite illa ga vaque optatis libertas, præterea divitiæ, deq. gloria, in oculis vita ni. Fortuna ea omnia victoribus præmia ponit

„Senex et plerig truncato ex vulneribus corpore tolerent. Ne dimissis quidem fine „esse militiis, sed aliud vexillum retentos, alio Vocabulo eosdem labores perferre„ et paulo post= Denig in diem assibus animam et corpus aestimari. Hinc vestem, „arma, tentoria, hinc vecticas Centurionum, et vocationes, munerum redimi; ac verbera et vulnera dura hyeme exercitas aestates, bellum atrox aut sterilem pacem sempiterna„ Conciliationi opponitur Conciliatio, qua vel nobis amorem alicujus conciliamus, vel dissidentes partes in concordiam gratiamq reducere conamur. Sic enim Germanicus Caesar tumultuantes legiones prudenti Oratione sedavit, et Julius Caesar exercitum compovit. Quintus appellando pro Militibus, qua una voce obortam seditionem repente compressit. ——

§4us De Commendatione

1. Tria sunt Commendationis Capita: 1. Cavav commendationis aponemus ita modeste et verecunde, ut quod bene quis de nobis, aut de nostris meritis sit: quod simus cum illo sanguine vel amicitia conjuncti: quod perspectissima nobis sit, humanitas, fides, eruditio virtus &c. 2. Exponemus negotium cujus causa commendatur quispiam a nobis. 3. Orabimus, atq obtestabimur, vel dicemus nos pluribus nolle contendere, ne de ejus, quem rogamus humanitate diffidere videamur. Denig tum nostro, tum illius quem commendamus nomine, omne grati ac memoris animi officium pollicebimur. ——

2. Est et obliqua Commendationis genus, quo simulamus nos commendare nolle, quem interim vel maxime commendamus. Ut si dicas: non quidem commendare te alteri Sextium velim, sed orare volum ut propius hominem novisse ne gravetur. Sperari enim futuram id cum gratias agere voleant, qui commendantur alteri tibi gratias agat, per quem viri tanti notitiam vitae consecutus. —

§5us De Petitione et Consolatione

1. Petitio est Oratio qua aliquid postulamus vel pro Nobis vel pro alio. Posterior hac vocatur Intercessio.

2. In Omni petitione hoc observandum 1. Ut facile praestari possit, quod petitur 2. Ut sit justa petitio. 3. Ut habeat modum et adhibeatur in illa Moderatio: hoc est ut si magna dari non possint, minoribus certe contenti videamur 4. Ut sequatur expedita remuneratio.

3. Consolator vel minor est, vel aequalis, vel major. Minori cautius, et mollius erit agendum. Amorem suum imprimis testabitur, et ne de suo plus altero sapere velle videatur, ea quae dicta opus erunt ex quopiam Philosopho vel alio Summae prudentiae Viro se aliquando audisse profitebitur. ——

Aequalis pro Communis amicitiae jure facere videat: Major agat liberius, adeo ut si quis inordinatius etiam ferat dolorem audeat increpare dulciter et amice. ——

Scite omnino Argumentum illud tractat Scaliger L3. de Arte Poetica: Consolator, inquit aut est Major aut Aequalis. Magnitudinem intelligo aut imperio, aut dignitate aut opibus.

aut

aut Sapientia, aut ætate. Aliter enim convolabitur Nasonem Livia: aliter Liviam Naso. Hoc spectat ad imperium. Dignitas autem etiam sine Imperio esse potest. Veluti si Pater Filium Garonem Pompejus. Opibus id vi Ae plebe quemquam Cientum suum Gassius. Sapientia quemadmodum Polybium, aut Matrem Seneca. De ætate opus est exemplis. Major interponet Authoritatem; etiam objurgabit. Sapiens opponet etiam disputationes Sententiæ huic crebriores. Minor obtinebit affectum suæ id a Sapientibus accepisse. Æqualis testabitur amicitiam jus commune benevolentiæ

4. Si mœrentis dolor adeo sit gravis, et adeo recens, ut medicinam videatur respuere bipartita erit Oratio. Priori parte affirmabimus parum idoneos nos esse, qui volemus alium, cum vel ipsi quoq; consolatione plurimum egeamus: simulq; privati nostri doloris causas adferemus. Adimus non nos modo, sed omnes etiam bonos dolere, quod ipsum tamen qualecunq; mœrenti solatium debet afferre: quia scilicet= Leviis communia tangunt. — Altera vero parte asseremus, quæ tamen dolori sunt idonea; qualia sunt trita hæc et pervulgata 1. Vitæ communis conditio, quæ multis malis sit obnoxia. 2. Ejus quem consolamur doctrina, virtus, animi magnitudo. 3. Inutilitas et damnum unde dolor augeatur non irrigatur. 4. Patientiæ vis, quæ mitigat omnia. 5. Quam sit honestum in Altissimo divinæ Voluntatis Consilio semper conquiescere. 6. Quam sit sapienti dignum, quamq; laudabile ratione, consilioq; mitigare dolorem illum, qui diu ipsa ac tempore tandem aliquando deferuescit. —

5to Genus Judiciale, quod bellum togatum jure vocare possumus, pertinent duæ Orationum Species: accusatio nimirum atq; defensio; quæ non alia præcepta desiderant, quam quæ sunt a nobis allata: cum præsertim veterum judiciorum ratio fuerit prorsus immutata. —

Pars Quinta

De Pronunciatione

1. Pronunciatio vi Ordinem in tractando consequens, et ultima facultatis Oratoriæ pars, sed est momenti vel maximi. Unde definitur: est vocis gestuumq; pro rerum verborumq; varietate apta conformatio. Quanta porro sit illius vis, et utilitas docet Sullius cum ait: infantes, et inexercitos homines actionis dignitate, eloquentiæ sæpe fructum, palmamq; tulisse: exercitos vero bene multos actionis deformitate infantes fuisse judicatos. Hinc Pronunciatio recte vocatur ab eodem Sullio Ludorum corporis eloquentia, et alibi, verno corporis ab eo etiam apellat. —

2

2. Ad rite Pronuntiandum tria sunt necessaria: Memoria. vox, et gestus De his seorsivis Paragraphis. —

§. Iᵘˢ De Memoria

1. Memoria est quasi actionis fundamentum de cujus vi gratiaq multum deparead necesse est, si memoriter non pronuntietur Oratio, et si Orator non possit a Commentariis Oculos, et vultum avertere. — Veris tamen Principibus et in Republica vehementer occupatis vitio verti nequit, si nideret, e Commentario, ut olim Augustus qui nè memoriæ subiret aliam vel in edicendo sibi tempus abiret; fere de scripto dicebat, ut Authores sunt Suetonius et Dio. —

2. Memoria ut est eloquentiæ pars definitur a Tullio: Firma rerum, ac verborum recordatio. Est autem duplex Memoriæ genus, alia est Artificialis, alia Naturalis.

3. Artificium Memoriæ a veteribus traditum, constat locis, et imaginibus. Loci vel habent instar chartæ, imagines vero instar Scripturæ. Hanc artem primus apud Veteres prodidisse, apud recentiores Raymundus Lullus illustrasse traditur. Ea vero iis, qui memoria valent minime necessaria est, qui non valent prorsus inutilis.

§. 2. De Voce

1. Ad Actionis usum, ac laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet, inquit Tullius de Oratore; nec tam refert qualia sunt, quæ dicas, quam quemodo dicantur.

2. Circa vocem hæ tres potissimum leges diligenter observandæ 1ª Lex est hæc, ut distincte, articulatim, et sincere pronuntietur, ita ut integra verba, syllabæq Omnes proferantur. Nolim tamen, syllabatim vis pronuntiet, quasi si literas, computanda annumeras quæ sunt molestum atq pridium. Ad eamdem legem pertinet etiam, ne volubili quadam præcipitiq celeritate dicendi imitata feratur Oratio: sed vox respiratione recreatur, et Spiritus inter dicendum suspendatur identidem et auditoribus spatium aliquod cogitandi relinquat. —

2ª Lex hæc esto, ut pro argumenti motuumq præsertim varietate, vox etiam opportune variet et situmq se affectum videri volet Orator, et audientium animos moveri, ita etiã certum vocis sonum adhibeat. Jucundia postulat vocis genus acutii, inflatii, crebro incidens: miseratio et mœror flexibile, plenum, flebile, interruptum: voluptas effusum lene, tenerum, hilaretum, motus demissum, hæsitans, abjectum &c. —

3. Præterea mutanda etiã vox erit pro variis Orationis partibus: alia enim vocē flagitat exordii, alia Narratio, alia Confirmatio, Peroratio alia. — In exordio nisi forte indignatione urgetur, vox utendū submissa, ac verecunda: nam hæc Oratoris cura Auditori delectat. — At exordio paulatim invurgit vox, ac in Narratione quidē utimur voce amena, simplici, qualis fere est in sermone familiari.

In Confirmatione & in Argumentatione præsertim vocē retinere amori. In Peroratione demum quasi parta victoria, vox volet esse excitatior, ut ita extendat Orator se in tali benitate causa, magnāq fiduciā in Auditorum bona probitate Prudentiaq collocare. —

§. 3. De Monotonia et Cantu

1. Grate sane Varietati opponit e diametro omnis ille invidiosus vocis tenor, quē Græci Monotoniam vocant, et qui non modo dicentem enecat, sed etiā audientem exanimat, et unde omnis Orationis decor ac venustas deplorasit
2. Huic quam tantopere commendamus varietati opponit etiam cantus, qui nihil aliud est, si queris, quā damosa quædam et uno ferme tenore volubilium vocum. —
3. Huic incommodo remedium adhibebit 1° Si pueri rebus humilibus ac quotidianis æquabiliter et rotunde pronunciandis assuescant, nec vero statim ad tragicam grandilocam prorumpant. 2° Si eos quos pronunciant germanum sensum penitus advertant. 3. Si interdum vernacula non illa insulsa tragica sed simplicia et quotidiana pronunciationis exercendi causa in orationibus illis, quæ varios motus ac vocis inflexiones efflagitant: ut videant, quid submisse, ac leniter, quid petitive, sit atrociter, sit precante, sit comitatius dictum sit. 3° Denique ubi illa pronunciationis quasi tirocinia posuerint, poterunt circa periculum in rebus grandioribus tragicisq versari. — Triplex circa vocem hæc lex est: ut ea pro amplitudine loci, et auditorum multitudine intendatur et remittatur sed tamen nec assurgat ad supremum nec ad extremum descendat. Nam vox nimia vitiosa sit ima vix ullum habet si vero nimium acuta sit, contentaq delicatas ac teneras urbanorum hominum aures offendet. —

§. 4. De Gestu

1. Vocem subsequi debet gestus, ac varios animi sensus cum illa simul aperire. Quæ de re colligemus ex veteribus ea tantum quæ sensibus nostris moribusq sunt accommodata. Mutta vigilis de exactiori gesticulatione prorsus obsoleviße videmur.
2. Gestus inquit Valla, e actio quidem et quasi pronunciatio corporis, seu motus ac conformatio. — Quintilianus: Gestus e totius corporis motus et conformatio. —
3. In gestu generatim et universe cavendum est 1° Nihil in eo sit effeminatum, et molle;

nihil minus exquisitum, aut elegans; nihil quod affectata quandâ diligentiam artemq; redoleat. Monet enim Fabius, actionem non esse deliciis, minimaq; cura molliendâ et compti[s] illis delicatisq; Oratoribus sæpe numero solet evenire, quod olim Sibaritarum æquitatui contigit. Cum enim gens effeminata et horarum ad invaniâ avida, vinos etiâ equos ad numerum symphoniâq; saltare docuisset, cum deinde ex umbraculis in solem ac [illegible] pulverē contra Crotoniatas fuit illis prodeundum, histriones illi, equi, tubæ, et Martis ignavi motibus inusitatis saltibusq; numerosis repente lascivientes, ne et exercitum totum movere perdiderunt. Ita umbratiles illi Oratores ab omnis unquiculis ad vertice[m] usq; Venustuli, quando ex domestica exercitatione in medium agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atq; aciem forensem prodeunt et se et causas suas in magnū quoddam discrimen conjiciunt.

2. Nihil in gestu vit dum aut agreste, nedū mollitiem fugimus, incontinaq; rusticitatis virtū invidere videamur. Quamquā si in alterutro peccandū esset, faciliùs excusaret rusticā quædā simplicitas, quam futilis ineptaq; gestus, vocis et habitus affectatio.

¶ 1. Quid de totius corporis motu præcipiendū? 1° Ut statuā corporis sit celsus et rectus, trunco magis toto virilisq; quadā lateris inflexione quam Orator invidere[t]. 2° Ne in statuæ morem obrigescat et quasi-vera deglutiset, porrigat, ut ya-cete epictetus agebat. 3. Ne crebris et incompositis commotionibus vehementius agitet more furentis sibillæ. — Cui pectus anhelū,
Et rabie fera corda tument. —

2. Vitiosū quippe est hue illuc circumagere quod olim exprobratū fuit domino Asso, qui si agere vel catagere ū illejude dicebat; et cum alius quidam ū minus actuosus Orator, multū conversasset in dicendo sæpe rogavit eū adversarius Virginius: quot demū passuū millia declamasset?

¶ 2. Quid in Capitis, Oriq; totius conformitate servandum est? Vitiosa ē frequentior capitis jactatio. Non tamen dedecet aliquando v annuendo confirmare, v abnuendo negare, v capitis in latus inclinatione languorem, et aversione indignationem, et ejusmodi affectus designare, sed neq; capite erimus immobili rigidoq; quod semibarbarum est. — Capite utamur ū demisso, et abotipo v in cervicem reflexo; sed recto potius celsoq; Capitis demissio aliquando tristitiā, luctum, mærorem, pœnitentiam, et iræ divinæ placandæ studiū perbelle significare. — Sed in ore, vultuq; et oculis sunt indices. Quæ propter pro rei natura vultū induas, modo hilare: modo mastū nunc blandū nunc minaxe. — Frons ex porrecta, diffusaq; hilaritatis indicium ē; contra vero severitas indicat fronte corrugata caperataq; et supercilijs v contractis v inæqualibus. —

Orante & aliquid poscente a Deo, indicant oculi in celu sublati ut res ipsa satis loquit. Oculos avertere aversantis e, v fastidientis, vel negantis. Oculi claudi meditante et cogitante animu produnt. Oculos in imu lovi defixos habent, qui pre admiratione obstupuer.

Q. 3. Quid in brachii moderatione servandu? A. Brachia nec decoru in compserita pendeant, nec immodu projiciant nisi in affectu vehementiori. Brachii extensu ac porrectu, potentia, auctoritate et robur arguit. Contra vero continere, ac cohibere brachiu e pudoris ac verecundie.

Q. 4. Quid circa manus digitosq precipit? A. Manus sine quibus trunca esset actio, ac debilis vis dici potest, quot motus habeant, inquit Fabius. Jam cetera partes loquenti adjuvant. hoc prope est ut dica, ipsa loquant. An non hic poscimus, pollicemur? vocamus dimittimus? minamur, admonemur? abominamur? timemus, interrogamus? negamus? Gaudemus tristitia, dubitatione, confessione, penitentia modu, copia, numeru, tempus ostendimus. Circa manus aute certa quedam sit, ac definita leges, quas sequi oportebit.

1. Manus in exordio si volet extendi. At ubi paulu effervescere cepit Orato, Manus paulu exeritur cu illa, paulatimque cum illa deponitur.

2. Pectori manus admovet, cu de se ipse quis loquit. At cu alloquit alium ad illu extenditur.

3. Manus sinistra minime vola gestu facit, inquit Fabius, dextra vehementer admovet; sive in digitos argumenta digerimus, sive quo, ut ait Hortensius convvecrat, partimur indigitatio que more et hodie inulli n infeliciter imitant, vive adversas palmas, graui repellendo strepitu obiicimus

4. Solecismus gestu committit, cu aliud vox, aliud gestus monstramus; ut Rhetor ille, qui celu appellans, tellure intuebat, gestuq monstrabat.

5. Urgemus crebra manuu impressione. Supplicamus manibus elatis, junctisq. Confirmamus manibus pronis, gravi quodam ac decenti motu depressis.

6. Admirantis e manus tollere. Unde Tullius in Academicis Quæstionibus: Hortensius aute vehementer admiratus, quod quide perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etia manus supra tolleret.

7. Manu extensa fatemur nobis audientia, indicimusq silentium.

8. Manus Ori admota tacentis, et silentiu suadentis habitus e. Digito compressa labella inquit Juvenalis, quo etia gestu simulacru Harpocratis effingebant Ægyptii veteres.

9. Manus optime a sinistro incipit latere, dextroq deponitur.

10. Hoc esse cavendu, ait Cicero, ne nimis sint digiti argutis, neve immodica sit illorum gesticulatio qua vitio laboravit summus Orator Hortensius. Cui enim inquit Angellius manus ejus inter agendu essent argute admodu, et gestuosa maledictis compellationibusq probrosis iactatus e; multaq in eu quasi in theatrum in ipsis causis atq judiciis dicta sunt. — Illud ante omnes, quas hactenus diximus, Oratoris virtutes, arte et labore comparari posse, liquet mirabili Demosthenis exemplo; qui cu prima artis vasa littera discere nequiret, studio et exercitatione emendavit perfecit, ut planissime diceret, et balbutie inditis Ori culpis emendavit asperitateq vocis ad fluctus maris declamando, ac illius fremitus voce vincendo, simulavit angustius spiritus, simul inter declamandu avocans, tande aliquando superavit. Hæc de Pronunciatione manuu sufficiat. Reliqua quæ eade pertinent exercitationi relinquimus: qui vellet plus multo, quam præceptis ea tribuendum existimavimus.

Finis Libri Quinti.

Probatio

Institutionum Logicae

in brevem Methodum redactae

sub Patrocinio ac Protectione

Sancti Cajetani patris

Theatini

in Conventu Generali Michovien. pro Communi Alumnorum Eiusdem Conventus ab Illmo Cajetano Godinski S. Theol. Professore Actu ab A. 1814 ad 21 Januarii

Stradi cepto

Charissime Confratres!

1— Critici quid debent esse dotes? quei modi recognoscendi Auctorem scripta vera, ac genuina, à falsis, ac spuriis? Lectio Librorum cum debita attentione, ac omni matura judicio; sive ut brevius dicam, cum ex secundum artem criticam, tum Auctores, tum lectores cautos efficit, et perfectiores. Lectio vero varii multiplicisq; generis typis, varias et singulares cautelas requirit, ut recognoscant quid valeant? Hæc dotes præsipuæ critici requirendæ esse debent. 1. Prudentia per quam recognoscat quid ad crisim revocare, quid permittere debeat. 2. Peritia accurata rei à se crisi subjectæ, secus falsa crisis fidem non meretur, idemq; præstabit ut imperfectus criticus reputet partem rei peritus, qui commodo, aut alieno ambitione ductus judicio suo omnia subjicere, decidere, ac concludere nitet vellet, interim ipse inculcus, patiensq; aut nihil literatus existat. 3. Criticus omni prorsus præjudicio careat, atq; in sua crisi sese conformare tempori, personæ, loco, moribus, aliisq; circumstantiis studeat. 4. Criticum justitia maximè commendat. Cum examinat alios scripta, aut dicta, idem præstet, quod præstare sui ipsius respectu; ea non aperat, quæ sufficienti ratione probari nequeunt. Errores, si quos deprehendent, ea qua decet humanitate indigetat, minime errantes verbis distractoris, illusoriis, ac contumeliosis persequendo, aut nomina personas charactereq; ea in apertum producendo de. Si secundæ Regulas Legat Criticus, sana profecto, ac laudabilis crisis ipsius erit. Si secus, erroribus ipse solus fiet obnoxius, criticaq; ipsius degenerabit in commodæ alterius, et sui. ——

Vera Auctoris opera à suspectis, ut plurima ex sequentibus indiciis recognoscemus. 1. Si liber eos contineat errores, quos Auctor non habuerat, Auctori adscribi non possunt. 2. Si scripti

Si liber stylo

id Liber stylo, qui vivente Authore in vigued. 3. Si Author aut in habuerit, aut contrarius fuerit tali sententiæ, qualem inter ipsius opera legimus 4. Si nihil de Authore eodem ipsius meminerint, nec etiam cæteri post eos Scriptores; libri quibus dicti absunt characteres suspecti ac spurii habeantur. —

Appendix ad tom. Partis 3tiæ

Explicatio Vocab. Adventitiæ Ideæ quas ope sensuum acquirimus uti Idea colorum, saporis, calbris, frigoris. &c.

Factitiæ ea sunt, quas sibi mens dependenter ab Ideis adventitiis efformat, ut vg idea montis aurei

Idea clara est, quæ notas exhibet ad Objectum quoties illud denuo reoccurrit agnoscendum, et ab aliis discernendum sufficientes. —

Obscura ea contra, si notæ quas affert objecto, ab omnibus aliis dignoscendo in sufficiant vg uti licet claram ideam habes cui istud herbæ genus bulis objectis facillime dignoscas, ut betonicæ ideo iis obscura es, quibus si ipsa istius herbæ notæ cognitæ sunt sed eam ab omnibus aliis probe discernere possis

Idea distincta est ea, si ea claritate repræsentet objectum, ut ipsas objecti notas à se invicem discernere, ac percensere possis. —

Confusa si notas inæquales à se nequeat distinguere. —

Completa si omnium objecti notas ad sui notio clara. —

Adæquata ubi omnium objecti notas habet idea in tantum clara, sed etiam et distincta Inadæquata è.

Idea virida quæ animum vehementius afficit.

Debilis è contra: Si idea rari cujusdam animalis, v. spectaculi magnifici viridæ esse solet

Idea abstracta et Concreta. Abstracta id quod alteri reapse conjunctum est ab eo repræsentat cui est conjunctum: ut notio albedinis. — Concreta vero illa, quæ conjuncta est, conjunctum exhibet ut idea parietis.

Omnis itaque idea erit vera, si conformis sit suo Objecto.

Finis

Die 26. Martii Anno 1814.

Quæstiones

Ex Prolegomenis Logicæ pro Examine Publico in Conctu Gnali Meichovienz exponendæ ac resolvendæ. d. 26. Aprilis 1677. —

P. 1. Unde vox Logica Nomen habet? et quomodo definit? —
2. Quomodo Logica dividitur? et quid sit juxta suam divisionem?
3. Dei est finis Logicæ? ac illius subjectum?
4. Quid ista denominatio homo significat?

De Anima et ejus Facultatibz et 1mo de Sensatione.

P. 1. Quid est Anima? quotuplex Facultatem animæ elapsis?
2. Quid est Facultas cognoscendi? quomodo acquiritur? et nomine alio vocat?
3. Quomodo ad cognitionem perveniamus? —
4. Quid sensus internus in nobis efficit? et quid dr?
5. Advertentia sua statuit quomodo vocat? et hæc quotuplex? —
6. Quid è Imaginatio? et quam legem sequitur? —
7. Imaginatio estne profitua? et cui? ac an etiã nocia esse possit?
8. Quid est Ideæ associatio? quæ se ideæ facillimè excitant? et quis hujus ideæ combinationis est effectus? —
9. Quid è memoria? Reminiscentia? et in quo Memoria perfectio consistit?
10. Quid sit attentio? et ad quid confert? —
11. Quid est intellectus? ingenium? acumen? Ratio? et quæ eor utilitas?
12. Quid eminentiam hominis cæteras inter creaturas constituat? —

De Facultate appetendi.

P. 1. Facultas appetendi quomodo vocat? et quid est? —
2. Actus Voluntatis quo nomine dicitur? Facultas itidem aversandi, et ipse actus quomodo appellatur? —
3. Voluntas quomodo determinat ad appetendum et aversandum?
4. Quot sunt motiva determinantia voluntatem?
5. Quo fortiores fiunt gradus Voluntatis? —
6. An intellectus influat in Voluntatem? et vice versa voluntas in intellectum?
7. Quid sunt stimuli naturales? et quot? an sint vitiosi? —
8. Quid sunt affectus? Quæ natura hos affectuum? —
9. Suntne omnes affectus ea natura sua moraliter mali? et quis affectus proprie vitiosi? —
10. Quid est Passio? qui sunt Passionum effectus funesti? tum interni? tum externi? —

De ejus causis in Voluntatem agentibus.

P. 1. Quid est temperamentum? et quomodo dividitur? —
2. Quid temperamentum cholericum? et quæ cholerici proprietates?
3. Quid temperamentum sanguineum? et cum quibz adnexis? —

4. Quid temperamentum Melancholicum? et cui quibus conjungi solet?
5. Quid temperamentum phlegmaticum? et quæ illius qualitates?
6. Hæ temperamenta ad quid Religionem se inclinare solent?
7. Quid temperamentum hypochondriacum? quid Bilosum seu quadratum Rusticum?
8. An admitte potest Mistalia temperamenta? et utrum temperamenta in voluntatem influant?
9. Quid de ætate Pueritia? Adolescentia? Adultis? et senibus sentiendum?
10. An etia sexus? Vita genus? Clima? Fortuna status? Educatio? Consuetudines loci? Societates? Exempla? Religio? imo minima etiam Circumstantiæ jaciunt fundamenta futuræ nostræ sentiendi, et agendi rationis?

De Corpore humano

1. Quid de præstantia Corporis humani? illius incremento? Informitate ac morte? tum resuscitatione tenendum?
2. Quod est inde naturale consectarium fluit?
3. Quæ series artis Logico-Criticæ tractandæ.

De Parte 1ma

1. Quid cuique est maxime perspicuum? et quod Principium hab actionem?
2. Quæ est prima ex Facultatibus animæ? et a quo pendet recta cuius facultatis usus
3. An sensus sint primi ex Facultatibus nobis inhærentibus? et quid vocabitur sensus?
4. Utrum sufficiat nos esse præditos sensibus ad res bene cognoscendas?
5. Quid ex rei cognitione sequatur? et hæc quomodo volatur?
6. Quomodo notiones illæ objectos externos ad animam perveniunt? et quot sunt hi sensus?
7. An lex bene utendi sensibus sit facilis?
8. Quid præprimis nos erroribus irretitos liberat, ac instruit?
9. Quid proprie natura è discendum?
10. Utrum unumquemque è necesse invigilare sui conservationi, et quid huic subministrat modos. 11. Quid è judicium? ac præjudicium?
12. Quæ è fundamentalis ac unica regula acquirendæ omnium cognitionis?
13. Sunt ne res aliquæ de quibus bene judicare sciamus? et quid nobis unice observandum?
14. Quæ è optima Methodus, et proprie proprie Mentis in re aliqua cognoscenda?
15. Analysis Methodus Analytica instruit contemplandis cogitationibus?
16. Quomodo recte uti ne possumus Methodo Analytica ad res percipiendas et intelligendas adhibere?
17. Sensus ex modo considerati quo repræsentant nobis objecta Materialia quomodo proprie vocant? et ideas adæquata perceptio a quo pendet?

18. Quomodo Objecta sensibilia cognoscimus?
19 Quomodo sine structi esse possemus rerū pluriū notitiā acquirere?
20. Quid impellit nos ad rē cognitionē? et ipsa via in hac cognitione procedimus?
21. An ex ideis singularibus fieri queant ideæ communes?
22. An ideæ ex ideis communibus seu genericis variā speciem ideas formant?
23. Quomodo ideæ distinguuntur, et diversi modi ~~nominantur~~ appellantur?
24. An ab effectibus deveniamus ad hos effectuū causas?
25. An secundum effectus quos intuemur judicare possemus de causis quæ nostros nō attingunt sens?
26 An effectus alicujus rei possit esse causa pluriū effectuum?
An ex operationibus corporis actus animæ innotescunt?
An ex observationibus effectuū Naturæ, ideæ in nobis Authoris naturæ efformare possimus?
An Ideas virtutum, Vitiorum, et totius moralitatis ope sensuū obtinere queamus?
An in facultate sentiendi omnes alias animæ facultates deprehendimus?
Quomodo sistit se menti attendio? et quid sit?
Quomodo comparatio? et an includit in se judicium? et quid illud sit?
An reflexio in facultate sentiendi comprehendit? et quid sit?
Præter hasce recensitas animæ facultates an detur alia imaginatio dicta?
Quid est ratiocinatio postrema animæ Facultas?
Recensitæ facultates simul sumptæ quomodo vocitari solent?
Quid excolendo intellectui vestro accommodū esse potest?
An ex consideratis sensationibus Nostris explicari possint omnes animæ facultates?
An in quolibet corpore animato detur quidam motus? et cujus sit causa?
An probari possit in quolibet corpore animato dari motum?
An hic motus sit totum in organis sensoriis, et ibi ulterius protendit?
An determinationes motus, sensationem in nobis producentes, sint nobis prorsus notæ?
Utrū sufficit nobis ea, quæ nos attingimus, sentire, et percipere?
Quæ sit causa Physica memoriæ? et quomodo hæc memoria inest homini? ac Physice mem illius quomodo explicari possent?
An memoria sit omnibus æqualis? et qua inæqualitatis illius causa?
Quomodo somnia explicari queant in sua Natura?

Ex Parte 2da

Quid præscribimus nos ratiocinari docet?
Quid nobiscum sit cum Naturam Deum requiescimus?
Quid depravat ratiocinia, ac judicia nostra?
Quid de Authoritate sentiendum? et quando, ac quomodo testimonio hominū credendum?
An affectus prædominantes opinionibus hominū noceant?
An idem de superbia? Ignavia? Ideas perturbatis?
Quid adhuc erroneæ causæ, et ad quas classes revocant?
An vocabulum abusus possit esse errorum causa, et hinc unde oriat?

Item Vocabula cujus sunt signa?
Quæ è natura sermonis humani? quis usus et finis?
Quas sermo humanus dotes habere debet?
An ista signa cogitationū demonstrativa observanda, et quot ejusdem sunt?
Quæ sunt gradus certitudinis?
Quid Phænomena, Observationes, et Experimenta?
Ac quid inserviunt conjecturæ, hypotheses? et an ulla Analogia habeat aliquam utilitatem?
Quid Modus Synthetica, analytica,? qui illius è usus, et quæ in illa observanda?
Quæ è ratiocinii natura, et genus?
Quot ratiocinandi Modi, et Formæ a veteribus usurpatæ?
Quid est inductio, et qualis esse debet?
Quid Sorites, et quæ in illo vitanda?
Quid Dilemma? et quæ illius Regulæ?
Quid Syllogismus, et quot Propositionibus constare debet?
Quid Enthymema? Epichirema? Et Exemplum?
Quid Polysyllogismus? Paralogismus, seu Sophisma?
An Formæ Syllogisticæ non vera ratiocinia docent?
Quid de Arte Critica censendum? seu quæ dotes debent esse Critici?
Quæ sunt indicia (Zoilis) recognoscendi vera Authorū bona à suppositiciis, et spuriis, seu Apocryphis?

Finis

Nro 84.

121. lin

A

53

57.

Institutiones

Moralis Christianæ

sub Patrocinio ac Protectione

S. Cajetani Thienæi

In Conventu Generali Miechoviensi, pro Commodo Alumnorum Ejusdem Conventus a R. Cajetano Godyński Ejusdem Instituti Professo. S. Theol. Professore Actuali die 6ta Octobris 1817.

Iradi cœpta

H. N.

Charissimi in Christo Confratres!

Status ac Vocatio vestra a Vobis exigunt, ut animum vestrum studiis optimis, et vobis maxime necessariis instruatis, ac mihi munus impositum et ame susceptum impellit me ut pro viribus meis vobis faem ad eavem studia properam. Qui laudabiliter Curriculum Christiana Moralis absolvistis, et navare cupistis Operam Illis Dogmatica ac Juri Canonico hacce duo objecta continuabitis. Necessitas harum Scientiarum quam vit utilis et inseparabiliter alligata Statui Spirituali et Religioso et ex hoc cognoscitis quia brevi eritis Ministri Christi, ac Dispensatores Mysteriorum Dei, et ad Vos pertinebit Christi fideles informare, non solum quid agere, sed etiam quid credere illis oporteat et ad hoc valebit Dogmatica. Vobis brevi concredetur aliqua sollicitudo Ecclesiae Dei quae est sponsa Christi Sancta et immaculata, quam proprio Sanguine in Connubium Spirituale sibi indissolubili nexu copulavit, ut itaq casto et Sancto amore eam regatis et Sancta Sancte tractetis, neq permittere ea cainbus sinatis ad hoc juvabit Vos Jus Canonicum illud praecipue quod ad presens tractabitis de rebus Ecclesiis Sacris. —

Qui vero nondum audistis Moralem Christianam, et qui anno elapso Eloquentiae sacrae Rhetorica navastis Operam Moralem Christianam, et Logicam dirigentem rectum usum intellectus humani, incipietis. — Logica perficiet Vestri Intellectu juvabitq ad criterium veritatis. Moralis Christiana instillabit Vobis cognitionem officiorum, quibus erga Deum, Vosmetipsos et proximos estis obstricti. Et quo ampliores in illis cognoscendis progressus faceritis, eo propius ad Deum illiusq cognitionem accedentia Eruditum Vos in hoc plurima Sanctorum exempla, qui per indefessam perfectionis propriae curam, ad quam primario duxit Moralis Christiana ad summum Scientiarum apicem pervenerunt. — Attendite ad quid ad Religionem Sacra Vocati estis, ad quid vocati estis, nisi ut essetis gens Sancta, populus electus, regale Sacerdotium, Ministeriale, et Dispensatores Mysteriorum Dei, Superaedificati, super Fundamentum Apostolor, ipso summo Angulari lapide Christo Jesu. Hi autem tam praecellentes tituli nunc exigunt a Vobis ut vitis vae terrae, huic mundi, ut eatis et fructum afferatis, et fructus Vester maneat. — Sed quoniam hoc fieri haud possit sine notione Christiana Moralis, hanc discite et Vos qui plura vultis, et ab hac incipite et Vos qui altiora velitis desiderare. Vestri futuri non aliud erit munus, nisi animas Vobis concreditas, vi in viribus pervere proprias instruere in rebus fidei et Mor, quod felice ut eorum effectu et Christiana Moralis et Dogmatica jure pleno et haereditario Vobis accedunda. Ego quantum in me erit invocato Supremo Numine, sine Quo nihil validum nihil Sanctum, non parca labori, et si facultas ingenii mei aliquando me deseruerit, voluntas erudiendi nunquam, Vos autem omnes in hunc scopum omne vestrum impendite opera, ut ea, quae credenda sit, et agenda optime addiscatis fructum studii vestri, Augmentum Gloriae Dei, Salutem animarum Vestrarum, et Salute proximor Deo reddatis, ab eoq pro hisce conaminibus Vestris immarcescibilem Coronam gloriae recipiatis. —

Introductio in Christianam Moralem

1. Moralis Christiana est doctrina Morum. Mores hominis sunt ejus verba, et actiones seu Conversatio. Haec Moralis docet, quomodo sentiendum et conversandum sit.

2. Moralis dividitur in Philosophicam, Revelatam Christianam, et Systemeticam. Philosophica est doctrina morum, quae solo rationis lumine acquirit. Revelata quae speciali et extraordinario modo a Deo hominibus patefacta est. Christiana quam nos Deus per Christum edocuit. Systemetica quae doctrinas morum in Systemate id est Ordine et nexu proponit.

3. Nexus Moralis et Dogmatica est artissimus. Ex fide in Deum Providum et Remuneratorem praesertim ut Eum per Christum cognoverimus, acquirit Moralis maximam vim et robur. Marc. 1. 15. Impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei: poenitemini et credite Evangelio. 1 Timot. 11. Paulus Apostolus Jesu Christi secundum Imperium Dei Salvatoris Nostri, et Christi Jesu Spei nostrae. Moralis vero dat pretium et valorem fidei. Matt. 8. 19. Et accedens unus Scriba ait illi: Magister sequar te quocunq ieris. Galat. v 56. In Christo Jesu, neq circumcisio aliquid valet, neq praeputium, sed fides quae per caritatem operatur. Jacob. 2. 14. Quid prodest fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides salvare eum.

4. Utilitas Moralis est maxima: quia a perfecta legum Moralium Observantia pendet hominis dignitas, et vera felicitas, felicitas Civitatis, felicitas humani generis. Utilissima proinde et maximi momenti est doctrina morum. —

5. Necessitas hujus Moralis Christianae, et ex eo quod a Deo revelata sit, negari nequit, et aliis adhuc momentis comprobatur. Nam 1. difficilis est legum moralium solius intellectus ope cognitio. 2. Nullus humanus intellectus ab errandi periculo est liber. 3. Errarunt in Morum doctrina Sapientissimi antiquorum, erravit Plato, Cicero, Seneca, erravit ipse etiam Plato Convictus. 4. Discrepabant semper, et discrepant hucusq in statuenda prima Moralitatis regula Philosophi. 5. Ea quae rationis lumine acquiritur legum Moralium cognitio, fuit vi sensualitatis obumbrata, et vix non obliterata. 6. Apud ipsos etiam Judaeos fuit puritas divinae legis, erroneis Legisperitorum et Pharisaeorum interpretationibus conspurcata. Rebus sic stantibus necessaria profecto fuit doctrina Moralis revelata, quae erroris periculo liberaret et legibus Moralibus idoneam solutio divina sua Auctoritate firmitas, et efficaciam conciliaret. —

6. Christiana Moralis suam habet Praestantiam. Nam 1. continet purissima, determinata, et omnium etiam captui accommodata praecepta. 2. Certitudinem eorum divino suo fonte reddit indubiam. 3. Divina Auctoritate majus eis robur conciliat. 4. Omnia ex castissimis charitatis fontibus derivat. 5. Per Theoricas Religionis virtutes quibus ea conjungit efficacissime docet

6

6, Exemplo Authoris. ℣ Et fortissimis motivis, amore Dei, et Christi erga homines promissionibus et comminationibus ad eorum observantiam potenter excitat. ℟ Et quod Moralis Philosophia ignorat, sed tamen postulat, infirmitati nostræ divinum auxilium, hoc est gratiam promittit. Hæ sunt Christianæ Moralis prærogativæ, æstimanda vane doctrina omni, qui eruit, et sitit justitiam; adhuc magis vero æstimanda ei, qui vi muneris sui eruditurus est, aut jam erudit ad justitiam multos. –

Objectiones

1. Ad extollendam Christianæ Moralis præstantiam extollit Voltairius Doctrinam Moralem Zoroastri, Confucii Machumedis &c. ℟ Qui absq; præconcepta opinione horum, et Illi doctrinam invicem confert et examinat, Christianam præferendam esse agnoscit. –
2. Præstantissime certe scripsit Plato, Aristoteles, Socrates, Isocrates, Cicero, Marcus Aurelius, Epictetus &c. ℟ Verum quidem, sed adhuc præstantius locutus est Christus. „Philosophorum scripta doctrinis Evangeliis æquiparari nequeunt. Nec credibile est, Evangeliorum librum adeo præstantem humani intellectus opus esse. Unde mirari vane oportet, quid Filius Sophronisci, Socrates, Filio Mariæ a quibusdam æquiparari potuerit. Rouss: in Emil: Moralis Christiana adeo præstans est, ut ego certe eum, qui moralem discere avet, ad nullum alium, quam ad Novi Testamenti librum dirigerem, Lectum multi Philosophi scripsêre omnino præstantissima moralia præcepta, aut tacco errata, aut ne evitum nullam eorum Moralis revelatæ habuisse cognitionem.
3. Christianæ Moralis præcepta ratione examini subjici debent. Non itaq; quia Christiana sunt, sed quia ratione probantur obligationem inducunt. ℟ Id est evidentibus rationis principiis conformia esse debent. nec enim possibile, ut principia revelationis principiis rationis cujus Author æque Deus ipse est contradicant. Ad hoc ratio inquirere debet an vere revelata sint. quæ dum comperit jam quia divinis subjicere debet. –
4. Christiana Moralis, præcipit talia, quæ non homini volo, sed et Reipublicæ noxia sunt, Matt. 5. 39. Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam præbe illi et alteram. Matth 16. 24. Si quis vult post me venire, abnegat semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. 19. 21. Si vis perfectus esse vade vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo Luc 6. 36. Diligite inimicos vestros, benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes, et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi 14. 26. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et Matrem et uxorem, et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest esse meus discipulus. Act. 4. 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia 1. Cor: 6. 1. Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, et non apud Sanctos. Cap: 7. Vide

Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum, sed unusquisq; proprium donũ habet ex Deo. Galat 4.11. Qui autẽ Xti carnẽ suã crucifixerunt cũ vitiis et concupiscentiis. Philip 3.20. Nostra autẽ conversatio in cœlis ẽ. 1. Petri 2.15. Quia sic ẽ voluntas Dei ut benefacientes obmutescere faciatis, imprudentiũ hũũ ignorantiã. Rõ. Recte intellecta hæc scripturæ loca, totã vim objectionis enervant. Christianam Religionẽ obẽe bonæ Reipublicæ, olim jam objiciebant Xtianis Gentiles quibus iam respondit Tertullianus et S. Augustinus. Non sumus Silviolæ et exules vitæ: nõ vinæ foro, nõ vinæ macello, balneis, tabernis, officinis, stabulis nundinis ceterisq; commerciis, ex habitamus hoc seculum. Navigamus, rusticamur, mercamur, et multo exactius quã alii tributa solvimus. Tertul in Apol. Qui doctrinã Xti dicunt adversã Reipublicæ, dent exercitũ talem, qualem doctrina Xti esse Milites jussit, dent tales Provinciales, Conjuges Parentes, Filios, Dominos, servos, debitores, ipsosmet exactores, et redditores, quales esse præcipit doctrina Xtiana; et audeant eam dicere adversã cæ Reipublicæ: imo vero nõ dubitent eã consitteri magnã, si ei obtemperet, salutem esse Reipublicæ. S. Aug. ad Marc: —

5 Moralis Xtiana ẽ imperfecta, eo quod de pluribus, et vix unis necessariis officiis eg de restitutione, bello, statu militari, de amicitia, de statu mancipiorũ, de Autobiria &c nihil docuit, Rõ. Ex generalibus moralis Xtianæ præceptis facile est deducere officia particularia de quibus nihil commemorat. Uberiore responsione rubricis trahunt ea, quæ dũ de particularibus officiis commonerit, docuit

6. Moralis Xtianæ exiguos hucusq; tulit fructus, imo per illa multa jam ẽt causata mala. Rõ. Æquus rerũ arbitros aliter judicat. Per octodecim jam existit sæcula, tulit vere jam uberrimos, vel ut quilibet emendet id proferri nequit. nõ enim ẽ natura mediorũ, moralium mechanica. — Mala pariter nõ per moralem, sed per hines illa abusus facta: quia nulla ẽ res tã Sancta, quã nõ possent malevoli hũũ perverti. —

De Fontibus Moralis Christianæ

Primus Fons est Scriptura Sacra Novi Testamenti, quia in eo doctrina Xti continetur et ex eo primario Moralis Christianæ cognitio hauriendæ est. Audiemus Evangelium sicut proventem domũ. S. Aug. Tract 3. in Joan. Scriptura autem veteris Testamenti in tantum est fons cognitionis Moralis, in quantum in ea præcepta moralia immutabilia, quæ in Novo Testamento repetuntur et confirmantur continent. Matt. 5.17. Nolite putare quoniã nõ veni solvere legẽ aut Prophetas, nõ veni solvere sed adimplere. 2dus Fons est Traditio. Quid Xtus et Apostoli docuerunt? quove sensu doctrina, quæ in Scriptura consignata est, intelligat, id nemo scire potuit melius, quam primarii Ecclesiæ Doctores, idẽ SS. Patres. Unanimis illorum consensus infallibilis est, ut Dogmatica docet. Merito ergo hic unanimis consensus fontem cognitionis Moralis Christianæ constituit. Concil: Tridentinum. Unanimis duo: Quantum singulorum Patrum Authoritas valleat docet ipse S. Aug. Epist 10 et 82. „Ego fateor solis illis „scripturarum libris qui jam Canonici appellantur, didici hunt timorem, honoremq; deferre, ut nullum

„ eorum Authorem scribendo aliquid erraſse firmiſsime credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet „ sanctitate doctrinaq polleant, n ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt „ Et alio loco: Non quo„ rumlibet disputationes, quamvis Catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas cano„ nicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia, quæ illis debet hominibus aliquid „ in eor scriptis improbare, aut respuere, si forte invenerimus, quod aliter senserint quã veritas habet.„

Fons: sunt universalis Ecclesiæ decreta. Cum Ecclesia universalis in rebus fidei et morum dono inerrantiæ gaudeat; recte ejus in rebus, morum definitiones fons cognitionis Moralis Christianæ statuunt. Distinguere tamen oportet debite inter doctrinam Ecclesiæ; et doctrinam in Ecclesia; ita etiam inter praxim universæ Ecclesiæ, ex qua ejus doctrina cognoscitur, et praxim in Ecclesia. Hæc enim duo diversissima sunt. Decreta Romanorum Pontificum nonnisi acceptatione Ecclesiæ Universæ inerronea sunt: in se ergo fontem cognitionis non constituunt; multam tamen in particularium casuum decisionibus lucem afferunt. —

Fons est ratio humana partim quod et Moralis Actiana leges Morales Naturales, in se complectatur, partim quod ex generalibus Moralis Christianæ præceptis particularia hominis officia ratiocinatione deducenda sint. —

Fons Sanctorum hominum actiones, ut sint fons Moralis Christianæ ad legem Evangelicam dijudicandæ sunt; exempla evadunt tunc primo dum lege Christi conformia esse cognoscuntur. Regula proinde actionum nostrarum, nisi expresse ad imitandum a Scriptura proponantur, non sunt, sed incitamentum sunt solummodo ad legis divinæ observantiam. Aliter tamen de Exemplis Christi, quæ absq peccato fuisse scimus, et cujus exempla imitari jubemur, statuendum est. —

Pars Prima

De Morali in Genere

Caput Jum. De Lege Morali

1. Lex Moralis est Regula juxta quam omnem Creaturam rationalem sentire et agere oportet. —
2. Dari leges inde oportet Morales inde patet. 1. Dantur tales Propositiones Morales, quarum veritas, et jis conformiter sentiendi, agendiq obligatio, adeo evidens est, ut contrarium cogitari nequeat nisi ab eo, cujus intellectum, aut speculatio extravagans confundit, aut qui humanitatem exuit. Non furari, non calumniari, non mentiri, non decipere non esse ingratis &c Suis vanus intellectus hæc non probat. Proferantur contraria, quis intellectus non exhorresc? 2do Quilibet credit sibi competere quosdam jura, quæ non lædendi obligatio aliis innumbit. Hoc ipso ergo agnovit officia: jura enim præsupponunt officia. 3tio Etiam Scriptura adstruit existere

leges

legem, quæ in cordibus nostris scripta est. Rom 2.14. „Cum enim Gentes quæ legem non habent, „naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui „ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsor„ Cogitationes accusantes, aut etiam defendentes præsupponunt legem. Et vane scripta est adeo profunde, in cordibus nostris, ut etiam is, qui eam non servat, tamen ab alio servari vellit. Ideo offenditur etiam Latro latroni, injuste, seu pro suis inæqualiter prædam dividenti. Maximum hoc habemus naturæ meritum, quod virtus in omnium oculis lumen suum præmittat, quod etiam qui non sequuntur illam vident. Senec. l. 4. Benef 17. 4. – Confirmat id etiam consensus populorum communis. Ostendit nempe populorum historia, extitisse et existere hucusq; apud diversissimos licet populos plures ideas Boni, quæ non obstante magna cultus animi, educationis et formæ civitatum varietate tamen semper eædem et invariatæ perduraverunt. Opinionum commenta delet dies, naturæ judicia confirmat, Dignus hanc in re lic: de leg. l. XII. Tab. Objicit Idea Moralis Boni et mali debet Originem suam educationi, aut Moderatorum institutioni, aut legibus Civitatis, aut conventioni populorum, aut Phantasiæ. Ad. Si educationi et moderatorum institutioni Originem suam debet, unde hauserunt eam Educatores et Moderatores? cur non fuit rejecta, cur non rejicitur educatione finita, dum non sumus amplius sub Pædagogo, sicut rejici volent non raro aliquædam principia educationis tempore hausta? Cur probatur volum illa educatio, et institutio, quæ legi Morali Conformis est? Si ex legislatione venit, quomodo venerunt in ejus Notitiam Legislatores? Qui factum est, ut ea populi tam prompte susceperint?
An non aprobatur bonitas legislationis ad legem Moralem? Quis probaret legem homicidia adulteria, furta, calumnias &c præcipientem? —

4. Divisio Legum. Leges sunt vel Naturales vel Positivæ
1. Lex Naturalis duplici modo spectari potest: vel in Deo vel in Nobis. —
In Deo spectata est summa Dei ratio exprimens primas et immutabiles morum Regulas.
In Nobis spectata, de qua hic sermo est est inserta menti nostræ, legis æternæ per rationum notitia quâ quid rectum, quid pravum sit, naturaliter cognoscimus. Unde dicitur etiã Lex intellectã
A Lege Naturæ Physica, distinguitur Lex Moralis, Naturalis in eo, quod hæc Moralis libertatem præsupponat, Physica necessitatem involvat. —
Leges Morales Naturales sunt. 1mo Originariæ quæ ex nulla alia. Derivatæ quæ ex alia aliqua lege derivantur. eg Lex de servandis contractibus derivatur ex lege Justitiæ. Lex Originaria est superior, derivata inferior, 2do Negativæ vel Affirmativæ id est: prohibentes et præcipientes. Leges Negativæ obligant ad semper, 3tio Internæ quæ quomodo ventiendum? vel Externæ quæ quomodo observandum sit, præcipiunt. 4to Perfectæ quæ rationem sufficientem agendi pro omni casu [illegible] in se

in se continent, id est: quæ actionem, ut necessariam, ejusq; bonitatem evidenter determinant. eg non committe injustitiam; vel imperfecta quæ actionem generatim tantum præcipiunt, quando nam autem ponenda sit, et quantum præstandum sit? no determinant, quia id in particulari casu ex circumstantiis primo determinari potest. eg esto beneficus. 5to Universales quibus omnis homo, vel Particulares, quibus aliqui tantum, aut plures, vel singulares, quibus aliquis propter individuales suas circumstantias obstringitur. eg Abstine a cibo et potu, quibus sanitati nocet. 6to Absolutæ quæ omnes homines indiscriminatim v hypotheticæ quæ tantum præsupposita conditione obligant. eg Esto misericors in egenos. 7mo Subordinatæ quæ ex alia lege originem trahunt, v coordinatæ quarum neutra ab altera derivatur, sed utraq; aut tanquam pars generalis legis Moralis, aut tanquam sequella legis moralis altioris considerandæ est, eg Esto justus, et Esto benignus utraq; hæc lex continetur in hac generali lege, Operare quod moraliter bonum est ostima se ostima proximum: hæ duæ leges sunt sequella illius legis: Ostima rationem. 8vo Leges fortiores quæ inducunt fortiorem obligationem quibus proinde in collisione alias præire, v minus fortes quas cedere debent. — Nota omnis lex Moralis Naturalis, est divina Lex: Deus enim est naturæ et intellectus nostri Author. — Lex Naturæ est vox Dei. —

II Lex positiva est vel specialis Legis Naturalis promulgatio, vel talis lex, quæ præter Legem naturalem speciali Legislatoris voluntate, quia eã salubrè agnovit imponitur, et promulgatur: eg Sanctifica Sabbathum. Posteriore sensu sumpta propriè positiva est. — — Lex Positiva est vel Divina vel Humana. Humana v Ecclesiastica est vel Civilis, hæc a potestate Ecclesiastica, illa a Civili. —

3. Objectum et Subjectum Legis Moralis. Objectum legis Moralis sunt solæ actiones liberæ, ut ipsa legis definitio ostendit. Actiones absolutè necessarias, impossibiles aut jam positas ejus objectum esse nequeunt. — Quæ vi vero Objectum, ejus solæ actiones liberæ sunt, ergo subjectum ejus nemo potest esse nisi creatura, quæ intellectu, et voluntate prædita est. —

6. Ratio et Sanctio Legis Moralis, Ratio, ob quam lex moralis existit nulla potest esse alia, quam verè bonè id est virtus, et per eã vegetanda felicitas. Sanctio legis est ratio obligationis servandi legem. —

7. Materiale et formale legis. Materiale Legis est id quod lex præcipit aut vetat. Formale legis est modus, quo id quod præcipit impletur, et quod vetat vitatur. —

8. Promulgatio legis est actus per quam subjectum legis, ad cognitionem legis pervenit. Promulgationem esse absolute necessariam ostendit ipsa legis definitio. Juxta regulã quam ignoro, sensa et actiones meas instituere non valeo — — Inde illud — — Obligatio legis dependet ab ejus promulgatione, et lex non promulgata non obligat. —

Leges

Leges naturales non indigent speciali promulgatione promulgat eas nobis Deus per intellectum quas nobis donavit – Promulgavit autem eas specialiter in salutem nostram, in V. T. et per Jesum Christum, per quam promulgationem facta sunt simul positivæ. – Leges positivæ debent specialiter promulgari: nullo enim alio modo in earum cognitionem pervenire potest.

9. Differentia inter legem Naturalem et positivam. 1. Lex Naturalis imponitur necessario, lex positiva libere. 2. Lex naturalis vetat, quæ sunt ex se mala, et jubet quæ sunt ex se bona: lex positiva ea jubet, aut vetat, quæ spectatis circumstantiis, virtuti et felicitati a Legislatore prospicua, aut noxia agnoscuntur. 3. Lex naturalis spectat ad omnes absolute homines: lex positiva ad eos, ad quos Legislator vult eam extendi, et quibus ratio spectat ad omnes promulgatur. 4. Lex Naturalis est immutabilis, lex positiva est mutabilis: potest a Legislatore mutari, aut etiam tolli dum eam spectatis circumstantiis ad finem a se intentum non amplius conducere agnovit

10. Possuntne admitti leges divinæ positivæ? R. Si admitti non possent, tum deberent esse evinci, quod aut ex parte Dei, aut ex parte hominum repugnarent. Ex nulla vero parte repugnant. Non ex parte Dei: Ejus summa intelligentia novit optime, quid hominibus utile sit? Ejus potentia habet media illud patefaciendi, et suprema Ejus Authoritas habet jus præscribendi. Non ex parte hominum: potest enim dari talis humani intellectus status, in quo propter ejus debilitatem, et tuitæ divinæ Minorennitatem non solum specialis legis Naturalis promulgatio ad eam perfecte cognoscendam, sed etiam aliarum quarumdam actionum positiva præscriptio tanquam medium, ad eam adimplendam et corroborandam necessaria est: si re ipsa a Deo talis promulgatio aut præscriptio fiat, suppeditat Deus etiam talia media, ex quibus, quod divina sit, cognoscere queant homines. Quid multa? utriusque factum fisse a Deo ex certissimis signis pervasi sumus ex ejus Revelatione? – Quod leges positivas humanas attinet; competere potestati Ecclesiasticæ et Civili potestatem legeferendi in propatulo e.

11. Ad Legem positivam humanam Conditiones sequentes requiruntur. 1. Legitimus superior. 2. bonitas materiæ, id est: ut nonnisi quæ bona sunt præcipiat, et quæ mala sunt vetet. Bonum est hic id, quod ad promovendam salutem animæ, aut Reipublicæ conferat. Malum quod ei obest. 3. Attemperatio ad vires et facultates subditorum. –

12. Datur ne etiam lex permissiva? Lex permissiva, lex illa dicitur, quæ jure tantum aliquid indulget. Stricto sensu rem sumendo, non datur talis lex, ut ipsa jam genuina legis definitio indicat. Cæterum autem omnis lex simul indulget omissionem; lex positiva vero positionem actus. –

13. Potestne etiam consuetudo vim legis obtinere? Quod longa consuetudine publica, nulli naturali, aut positivæ legi divinæ adversa, ei qui potestatem legeferendi habet, nota et non improbata, firmatum est vim legis obtinet: censetur enim esse idem ac tacito consensu præscriptus a Superiore agendi modus, imo quasi, natura ipsius vox 1. Cor: 11. v 14. Nec ipsa natura docet nos quod Vir quidem qui comam nutriat, ignominia est illi &c. –

VI. Dantvne leges pure penales? Lex penalis ea est, qua precipit aut vetat aliquid cum commina-
tione pene. Dividitur in pure penalem per quam tantum intenditur pena, quin conscientia o-
bligetur, et mixtam qua minatur penam, et ligat etiam conscientiam. 1. Ratio si vel solum notione
legis consideret, leges pure penales admittere non potest; nequit enim perspicere, quomodo lex absq
obligatione cogitari possit? 2. Christiana Moralis talem legem pariter non admittit. Rom. 13 v 15. Omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt
a Deo ordinata sit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.
Dicas Si autem Legislator intendat tantum penam? Lex non obligat, nisi juxta intentionem
Legislatoris. R. Potestne id Legislator? et si possit, potestne id prudenter velle? Admisso autem
quod possit et vellat; maneret tamen adhuc obligatio ad vitandam penam? —
Una gravis vero pertransgressione contrahat culpa moralis, idem Regulis imputationis determinatis. —

Caput Idum

De Primo Moralitatis Principio

I. Principium primum seu Regula Moralitatis ea est, ex qua omnes aliae Regulae Morales deducuntur
seu ex qua, quid Moraliter bonum, aut moraliter malum, praeceptum, aut prohibitum sit, cognoscitur. —
2. Qualitates hujus Regulae sunt 1. Quod debet esse determinata, 2 Intellectu facilis. 3 Evidens.
4. Ad casus particulares facile applicabilis. Si enim his qualitatibus careat, cui est usui? —
3. Licet diversa sint Philosophorum de hoc primo principio Moralitatis ventilatis, illis tamen
non immorabimur; sed salubriora secuti, quaeremus illud in Christiana Morali. —
Christus, qui voluntatem Dei hominem eo modo docere venit, ut eam facile capere, ac virtutem
facilius sectari possint, de statuenda prima Regula Moralitatis utique tali, curandum certe
non habuit. Not quaerierunt eam Christiani Moralistae, et diversi diversa de illa, sed eadem
tendentia statuerunt et haec sunt:
I. Fac quod Deus vult. Matth 6, v. 10. Adveniat Regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo
et in terra C. D. v 21. et seq. Alius autem de Discipulis ait illi: Domine permitte me primum ire,
et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi: sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. Rom 12 v 2. Nolite conformari huic saeculo, sed renovamini in novitate sensus vestri
ut probetis quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta. —
Voluntatem suam Deus revelavit hominibus per Christum. Christianus ergo qui doctrinam
Christi divinam esse, firmissime credit, invenit in ipsa infallibilem actionum suarum normam. —
II. Arma. Ho Praeceptum in Morali Christiana est Praeceptum Primoprimum. Marc. 12 v 31. Secundum
autem simile est illi: diliges Proximum tuum sicut te ipsum. Rom 13 v 9. Uemini quidquam debeatis

nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum legem implevit. Ex hoc Praecepto promovantur facile Officia particularia, ea praesertim quae proximo debemus v. Matth 7 v 12. Omnia ergo quaecumq vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Haec est enim lex et Prophetae

III. Imitare Deum. Matth 5 v 48. Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater Vester celestis perfectus est. 1 Petri 1 v 13. Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis gratiam in revelationem Jesu Christi. 1 Joan 3 v 2. 3. Charissimi nunc filii Dei sumus; et nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Quae sanctitas a Deo (nobis) imitanda incit, divinamus partim ex operum ejus consideratione, partim ex factis in scriptura Dei descriptionibus; partim ex Christi, in quo se nobis Deus videndum praebuit conversandi modo.

IV. Imitare Christum. Joan 13 v 15 Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Rom 13 v 14. Sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis. 1 Petri 2 v 21. In hoc enim vocati estis, quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus.

V. Fac id quod promovetur bonum commune. Rom. 12 v 4. 6. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. - Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis, differentes; sive Prophetiam secundum rationem fidei. 1 Cor. 12 v 7. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

VI. Hoc age quod te hic et in aeternum felicem reddat. - Haec sunt principia illa quae diversi Theologi a Christiana Religione statim ab initio removerunt. Si tamen principium in Christiana Morali divina non systematica, seu popularis statuendum est, ita praecipue assentior, qui Praeceptum Amoris supremum Moralis Christianae Principium esse dicunt. Hoc praeceptum is, qui illud ut principium stricte tale non admittit, certe qua ad illud proximi aedificandi admittere cogit. Caeterum autem existimo Christianum, ut Christianam morum doctrinam, ut praeceptum amoris, ut Dei et Christi exemplum, ut denique etiam datam sibi a Deo rationem sui usum Scriptura minime excludit, sin auxilium sumat, Officia sua quantum eget, certo cognitionem quam vis in primam Moralitatis Regulam non inducet.

Caput 3um De Libertate Morali

1. Libertas Moralis est facultas Voluntatem suam ad agendum id quod lex Moralis divina praecipit, determinandi, ita ut nos ipsi actionis nostrae authores simus - seu - est possibilitas agendi, quod lex Moralis jubet. -

Adest quidem in nobis concupiscentia seu sensualitas quae nos ad sequenda sua placita contra legem irritat, sed vis ejus non est tanta, ut id ad quod constat, absolute agere debeamus nec aliter possimus: non dependemus enim ab ea ita, ut necessitatem imponere non valeat, vocatur libertas negativa; potestas vero, seu possibilitas agendi, id quod ex legis praecepto nostri est Officii, dicitur libertas positiva.

2. Adesse nobis libertatem moralem demonstrat. 1. Existentia legis Moralis Naturalis Si liberi non simus lex Moralis est chymera: jubet enim agere quod non potest. 2. Existentia legis Evangelicae Evangelium continet in se voluntatem Dei ad homines; jubet eam servari; servantibus promittit praemia, transgressoribus minatur poenas. Si non datur libertas ergo praecipit nobis Deus impossibilia; injuste praemiat, injuste punit. 3. Propria Nostra de actionibus nostris judicia Aut eum eas probamus, aut improbamus Rom: 2 v 15. Qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. Agnoscimus ergo nos esse liberos earum auctores. Voluit Deus rationalem creaturam, Voluntatis boni munere, et liberi arbitrii potestate dotare, ut boni et mali capax, utrumq naturaliter posset, et alterum voluntate deflecteret, licet quisque nobis eligere, refutare, probare, respuere, nec est, quo magis rationalis creatura alicui praeferatur, nisi quod eum omnia alia conditionis tantum, ac necessitatis bonu habeant, haec vola habet etiam voluntatis. Flier: ad Denatr.

Ob: 1a In natura nihil fit absq ratione sufficienti. Omnis effectus habet suam causam ex qua necessario sequitur: id ipsum ergo et respectu voluntatis humanae statuendum est. R. Determinatio voluntatis oritur omnino etiam ex causa nempe ex motivo ea determinante. Movet nos vel lex, vel sensualitas: neutra tamen voluntatem determinat necessario sed homo determinat seipsum. Lex jubendo quid agere debeat, provocat eum volum, ut se ad id agendum determinet, quod utiq possibile esse debet, quia lex jubet; sensualitas quidem ad suas partes pertrahere nititur aut resistere ei potest, quia id quod lex praecipit facere debet.

Ob: 2a Certum est quod quandoq circumstantiis in quibus constitutus est homo, tales sint, ut libere agere diu nequeat. e.g. dum ei jam dominatur passio. R. Admisso etiam quod minus agat necessario adhuc tamen agit libere, quia initium hujus status ab illius dependebat. Qui in certu passionis male agit non excusatur ab hominibus, sed vim passionis etiam intellectus imputat ei actionem postea, quare? quia persuasq ejus culpa admisse, ut passio adesse posset. valebat.

Ob: 3. Nemo hucusq interiore libertatis naturam quomodo liberi simus explicare potuit. R. Et an propterea libertas negari potest? Nulla vane Philosophia ita argumentatur — quod non

non potest comprehendi non existit - Multa sunt in rerum natura quæ non comprehendimus quin tamen eorum existentiam negare valeamus. -
Ob. 4. Per primi hominis peccatum fuit liberum arbitrium extinctum. R. Non extinctum sed tantum debilitatum Concil. 3ii Sess. 6. can 3. Lex Moralis extitit semper etiam post Adæ peccatum: debuit ergo etiam libertas semper extitisse; secus enim frustranea fuisset lex. -
4. Actiones liberæ, et necessariæ. Actio generatim sumpta est mutatio status, cujus ratio in subjecto ipso continetur; estq vel immanens hoc est interna; vel transiens id est externa. -
Actio libera, seu Moralis humana ea dicitur; quæ a libertate hominis proficiscitur, dum nempe homo, ut ait S. Thomas, sui actus per rationem et libertatem est Dominus. -
Actus Moralis dividitur. 1. in Voluntarium in re seu directe voluntarium, qui directe et immediate ex voluntate nostra provenit. 2. in Voluntarium in causa qui ex causa in re voluntario, ut effectus qui prævideri potuit, sequitur eg actiones inebrietate perpetratæ. 3. in ultroneum quem ultro et libenter ponimus. 4. in invitum quem potius non ponerenus tamen autem ad evitandum aliquod malum ponimus eg servus ne offendat Dominum. Actio necessaria id est naturalis actio hominis, est actio, quæ prorsus non in nostra potestate. Sic Liberæ non sunt Actiones infantium ante usum rationis - actiones amentium - Actiones dormientium quibus vigilando nulla data est ansa - Actiones phreneticorum - Actiones ex ignorantia invincibili promanentes, - Actiones in vehementi terrore mentem omnino perturbante positæ - Actiones per illatam ab alio violentiam extortæ eg. Castitas puerpera vi, cui resistere nequivit violata - Actiones, quæ ex naturali nostra constitutione immediate proficiscuntur eg vis dictimotus primoprimi concupiscentiæ; dolor dum injuriam patimur, reminiscentia injuriæ perpessæ. - Liberæ Actiones autem sunt, quæ ex previa deliberatione - aut ex ignorantia vincibili, vel plane crassa, vel affectata oriuntur - Actiones quæ sunt voluntariæ in causa - Actiones invitæ dum nulla vis ab extra infertur. Verbo omnia, quæ efficere aut impedire in nostra est potestate spectant ad territorium libertatis. -
4.° Gradus libertatis 1. quo major aut minor cognitio homini adest. 2. quo plura et fortiora aut pauciora et debiliora sunt irritamenta concupiscentiæ. 3 quo major aut minor ei hinc ea superandi conatus - eo ipso major aut minor ei libertas. Infallibiliter gradu libertatis determinare voluntatem Deo patet.
3.° Ad id adhuc verum sumitur libertas moralis nempe: pro majori, longior exercitio comparata, concupiscentiæ vincendi, et legem divinam implendi facultate. Hoc verum sumpta, justo tantum longiore jam tempore bene agentibus proprium est. -
Opposita est servitus Moralis nempe status hinc cui concupiscentia dominat.

au

ui proinve admodum difficile audit, legem divinam implere Joan: 8 v 34. Amen Amen
dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati Rom: 6 v 17. Gratias autem Deo,
quod fuistis servi peccati obeditis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quâ traditi estis.
2 Petr: 2 v 19 Libertatem illis promittentes cum ipsi servi sint corruptionis, a quo enim quis
superatus hujus et servus est. – Unum vult non potest quia quando potuit non voluit:
ideo per malum velle, perdidit bonum posse S Augs: de Verb: Dom: –

Caput 4tum De Obligatione

1. Hoc quod lex Moralis præcipit agere, hoc quod vetat omittere debeo id est obligor. Est itaq Obligatio debitum agendi, quod lex præcipit, et omittendi quod vetat. Debitum dixi in necessitas ita ut aliter agere absolute nequeam: è enim possibile, ita concupiscentia vincar, et aliud quâ lex vult agi. Lex ligat, cui imponitur ligatum; ideo distingui volet obligatio in activâ et passivam. – Obligatio quæ emanatur ex lege perfecta dicitur perfecta eg solve debitum; quæ ex lege imperfecta orit, vocatur imperfecta eg juva egenum eleemosyna. – Una est lege fortiore venit Major; sicus minor est. – Dum unum tantum adest Motivum agendi Obligatio simplex dum plura adsunt Obligatio complexa appellatur; Propria purum motivum, seu ratio Moraliter obligans est tantum unum: nempe Auctoritas legis: cæt possunt præter hoc motivum esse adhuc alia motiva, motiva prudentiæ, seu felicitatis, quæ me quamvis in remoto ad ponendam actionem pariter obligant. –

2. Objecta Obligationis possunt tantum de Actiones libere – Non potest ulla dari Moralis Obligatio.
1. Ad Actiones absolute impossibiles eg ut quilibet loco præsens sim ad petendum auxilium. –
2. Ad Actiones hypothetice impossibiles eg ad dandam eleemosynam dum ipse nihil habeo. –
3. Ad Actiones moraliter impossibiles, quæ alicui legi morali – aut alicui altiori legi adversant eg conservæ manum dum ejus abscissio ad conservandam vitam est necessaria. –
4. Ad Actiones physice necessarias, quæ juxta leges physicas necessario sequuntur. –

3. Subjectum Obligationis moralis nemo potest esse nisi creatura quæ intellectu et libertate prædita est, et cujus voluntas ulla motivis sensualitatis determinari potest. Deus ens illimitatæ a quo omnis sensualitas abest, nulla habet obligationes opus. Ille non potest aliud quia quod optimum è velle.

4. Fundamentum seu ratio Obligationis è ipsa lex, seu legis Auctoritas. Ideo debeo hoc agere, illud vitare, quia lex divina hoc jubet illud vetat. Felicitas per legis observationem consequenda, potest quidem etiam fundamentum dici, seu remotius – Proprie nihil est aliud quam fortius stimulus, qui hominem sensualem ad observationem legis incitat.

6.

5. Officium et Jus. Officium est id, quod ex legis, et conscientiæ ex ea obligatione agendum aut omittendum est. Omni Officio correspondet jus. Jus est facultas ad id quod requiritur, ut Officium impleri possit - vel sine quo illud implere non possis - seu facultas ad id per quod mihi adimpletio Officii possibilis fit. Conserva vitæ est Officium: competit ergo mihi jus ad omnia sine quibus vita conservari non potest. In sensu lato, jus est facultas agendi aut omittendi id, quod nulli legi Morali adversatur - seu moraliter possibile inductum libertate. Moraliter impossibile quod alicui legi Morali adversatur -

6. In Officio distinguenda est Materia et Forma. Materia est ipsa actio quæ lege præscripta est ex benefacere. Forma est Modus quo actio præscripta ponitur, seu relatio Actionis ad Officium ex benefacere propter Officium, id est quia Officium est. -

7. Sicut dividuntur leges, ita dividunt etiam Officia. -
Si objecta quæ respiciunt respiciant, dividunt in officia relata ad Deum ad se et ad proximum. Notissima est etiam divisio Officiorum in Officia coactiva et officia conscientiæ. Officia coactiva sunt ad quæ adimplenda etiam vi externa cogi et cogere possis: conscientiæ, ad quæ quamvis conscientia obliget, externe tamen cogi et cogere non possunt ad hæc referunt. Officia Charitatis; ad illa officia justitiæ.
Nota 1 Officia coactiva sunt simul etiam officia conscientiæ. Obligor enim etiam in Conscientia id agere ad quod me alter cogere potest, et id quem ego cogere possum, obligatur etiam ad hoc præstandum in conscientia. -
2. Coactio respicit tantum externam Officii adimpletionem. Ut faciam quod lex in præsenti casu jubet, ad hoc cogi, et ut alter faciat cogere possum: sed ut faciam, et alter faciat ideo, quia lex jubet: quod proprie est satisfacere legi: ad hoc nec me alter, nec ego alterum cogere possum. -
3. Officia coactiva erga se ipsum non dantur. -
4. Possunt quandoque tales adesse circumstantiæ, quæ me in Conscientia ligant, ne jure cogendi alterum ad externam Officii adimpletionem utar, licet si uterer nemo licite impedire possit ea quin me licite impedire potest in exsequendo jure cogendi debitorem ad solvendum. ponamus autem, quod si hic et nunc jure hoc uterer debitorem in maximam miseriam conjicerem, quamvis ego ex non soluto hic et nunc debito nunc debito nullam paterer? Ah hoc agendo non lædo Conscientiam. -
8. Possuntne Officia coactiva admitti? Ubi: nam enim deberet adimpletio Officii, quod alter erga me habet, unice ejus Conscientiæ relinqui; et tam tractare me posset, quomodo ei libuerit, quod tamen admitti nequit. Ego habeo Officia, possumne eo satisfacere, si dum alter eorum adimpletioni impedimenta ponerem, medium coactivum mihi uti non liceret? Interea optandum tamen foret, ut Nomen Officii coactivi in Morali non audiretur: est enim nomen horrendum, hominis Conscientiæ vocem non audire.

J.

9 Collisio seu Conflictus Officiorum est concursus duor aut plurium Officior inimul, ita ut singula impleri nequeant. – Veri nominis Collisio Officiorum in est talis, ut utrumq in æde casu et eodem tempore servandum esset, dari nequit: Deus enim sibi contradicere, et quæ nobis prescribit non potest. In omni simili casu unum tantum officium adest, nobis solum videntur duo aut plura adesse, quia noster limitatus intellectus non potest omnes prospicere, quod hic in casu Officium esse esset? et quod antefponendum sit? nonnunquam contingit etiam, quod ipsimet collisionem fingamus, quia cor nostrum unum Officium pro alio eludere optat, ut passioni, qua gaudemus satisfiat. –

10. Quod Officium in collisione est præferendum? In Officiorum collisione observanda est hæc regula – Officium fortius præferendum est minus forti. Illud autem Officium est fortius, quod ex fortiori lege, cum primo Moralitatis principio omnes promanat. Præferendum est officium Originarium derivato, absolutis hypotheticis, naturale positivo, negativum affirmativo, perfectis imperfecto. In Officiis imperfectis attendendus est 1. Scopus: quo majoris momenti est scopus, quo juvandum finitionem Officii promovetur, eo majus Officium eg salvare vitam alterius fortius est Officium, quam ad promovenda venustalia jucunda conferre. 2do Quo magis a me petitus, quam ab aliis expectare potest auxilium, eo fortius est Officium eg Orphani Amicitia mihi junctis misereri me oportet potius, quam alieni in egestate constituti, 3. Quo plures salubres scopi Officia obtinentur et promoventur, eo est fortius eg exhibere beneficentiam egeno Patri, proli tuæ bene curanti magis obligor, si cætera paria sint, quam alii alicui. 4. Unius autem omnium salus postponenda est multorum saluti.

11. Quando cessat Obligatio? Quanto hic versus de legibus positivis. Cessat itaq Obligatio: 1. Abrogatione quidem tota lex, v legislatoris edicto, v contraria consuetudine legislatoris nota, nec tamen improbata aboletur. 2. Derogatione dum una duntaxat, aut altera legis pars a legislatore revocatur eg si lex esset – nulla externa merces invehentur – et tamen indulgetur ut hæc et illæ invehi possint. 3. Dispensatione dum quis subveniente gravi ratione ab observatione legis eximitur eg conceditur ei licentia vendendi carnibus etiam die Veneris, Quod legem abrogare, ei derogare, ab ea dispensare nonnisi is possit qui legem tulit, per se patet. –

Caput 3um De Virtute

1. Agendo in quod Obligationis Nostræ est, pertinginus ad virtutem, de qua priusquam agatur præmittenda est explicatio Actionis moraliter bonæ. Moralitas Actionis & Moralis bonitas Actionis Actio Moraliter bona ea est, quæ legi consonans est quo ad Materiam et formam id est id est quando non solum ago hoc, quæ lex divina præscribit, quod est Materia sed ideo

ago

ideo ago quia præscribit, quia eam æstimo, quod est summa. Do eg eleemosynam, administro justitiam, sum temperans, & hæc lex præscribit. An jam ago moraliter bene, quia facio quod lex præscribit? non ad huc. Quare non? quia potest esse quod dem eleemosynam ut lauder: quod non habeam justitiam, quod sim temperans, propter primum finem, quod inde consequi spero. Qui solum ex hujusmodi Motivis legem divinam servat, iste est capax eam etiam transgrediendi, quam primum per ejus transgressionem etiam finem suum assequi potest. Qui tantum legem dnam propter suam utilitatem diligit, ñ lege dnâ, sed se diligit S. Aug.: Duo ergo requiruntur ut actio bona dici possit, 1. Ut faciam quod lex divina fieri jubet. 2. Ut faciam ideo quia lex divina jubet, quia actione moraliter bonâ ñ fiunt solùm factâ, sed bona voluntas, quæ legem divinam æstimat. – Actio quæ tantùm legi externe conformis est, est tantùm legaliter bona hoc est: juridice bona: quæ autem ei etiam interne convenit, quæ ex bona voluntate, et æstimatione legis divinæ proficiscitur: hæc moraliter bona est. –

Hoc credo via in dubium aliquis trahit cum id ipsa Scriptura doceat Matth: 6. v.1. Attendite „ne justitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis coram Patre vestro qui in cælis est. 1. Cor: 13.v.1. Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Patet rei veritas etiam ex eo, quod etiam actiones ex conscientia erronea ortas exercemus, quia ex legis, quæ præsupponuntur, licet erroneè, æstimatione fiunt. –

Nota:– Agere ex æstimatione divinæ legis non differt ab eo– Agere ex charitate erga Deum Ex dictis patet jam perspicitur quæ actio dicenda sit immoralis sub duplici nempe respectu potest actio aliqua dici immoralis 1. vel in quantum est directe divinæ legi opposita 2. vel in quantum non est ex legis divinæ æstimatione, vel ex alio aliquo, minus puro fonte provenit. – Primo sensu sumpta est, propriè immoralis, mala, secundo sensu sumpta non est propriè immoralis non tamen mala eo qui temperans est ideo, ne malus sequelas intemperantiæ consequatur agit quidem id, quod lex præcipit, non agit tamen strictè sensu moraliter bene, quia ñ est temperans ideo, quia id lex præcipit, aut actio ejus non est mala: agere enim eo hoc motivo, quo ducitur, non est prohibitum, ut propriè Moraliter bona dici possit, requiritur ut etiam eo hoc et quidem primario ideo temperantiâ amet, quia id lex præcipit. In pertractatione hujus Materiæ exponitur etiam illa Moralistarum sententia – Ut actus humanus sit bonus requiritur, ut conveniat cum lege, et ratione objecti, et ratione finis, et ratione circumstantiæ. Ut autem sit malus, sufficit si repugnet legi, v ratione objecti, v ratione finis, v ratione circumstantiæ juxta illud Dyonis: de div: Nom: c. 4. Bonâ ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus seu bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu. ——— 2.

2. Dantne Actiones indifferentes moraliter? Responsio ad hanc quæstionem dependet a definitione Actionis moraliter indifferentis. 1. Si Actio indifferens moraliter, idem dicit ac actio indulta, licita, quæ nulla expressa lege præcipit, vel nec etiam prohibet: hoc sensu dant Actiones moraliter indifferentes Consilia. 2. Si actiones moraliter indifferentes ea dicuntur quæ qualibet ad consequendum finem æqualiter confert eg ad universendam vanitatem hoc aut illo alimento uti, hoc sensu dant etiam Actiones indifferentes. Ita autem non sit proprie Moraliter indifferentes sed Moraliter æquivalentes. 3. Si vero Actiones Moraliter indifferentes ea esse statuuntur, quæ ad legem Moralem nullam prorsus habent relationem – hoc sensu non dantur moraliter indifferentes – In omni enim actione respectus legis Moralis haberi debet: hoc est in omni actione attendendi habeo, ne contra legem aliquam moralem agam. Quod si hoc attendendi habeo, hoc ipso jam actio mea moraliter indifferens ac negua

3. Ex data definitione Actionis moraliter bonæ, facile jam conijitur, quid sit virtus? est enim: Bona Voluntas quæ vero admittitur agere omnia, quæ lex divina præcipit, propterea vel maxime quia lex divina præcipit. Bona Voluntas cujus primarium motivum est æstimatio divina legis et cetera conatus sunt essentia virtutis. Sola exterior completio eorum, quæ lex divina præcipit, non est adhuc virtus. Potest quis agere id quod lex jubet, sed motivo ejus, quod ei ad agendum determinat, non est bonum, dicemusne eum virtuosum esse? item: possunt alicui deesse occasiones, id quod lex præcipit opere implendi, sed voluntas ejus est bona, ad implendam legem diu semper parata: dicemusne hunc non esse virtuosum? Quid quid vis, et non potes, factum Deus computat. S. Aug. sup. Psal. 57. Ad essentiam ergo virtutis non necessaria actio, sed bonus animus opus reddit bonum. Unde S. Aug. de Nupt. et concup.: Absit eum judicium dici, qui non propter Deum servat fidem uxori. –

4. Virtus Philosophica et Christiana. Virtus in qua tantum legis moralis quæ ab intellectu datur ratio habetur, est virtus Philosophica; si cum fide in Deum conjuncta est Philosophico-Theologica: si fide in Deum caret atheistica dicitur. Mirum modum nomen! et tamen habet etiam Virtus atheistica defensores. Sunt qui virtutem absq fide in Deum consistere posse defendunt. – Quid de eorum opinione tenendum? – Omnes qui recte sentiunt sunt hujus sententiæ, quod omnia Motiva, quæ Atheo ad recte agendum præsto esse possunt, nisi motivis Religionis repellantur, et firmentur infirma sustineant maneant, et inefficacia. Ad Virtutem requiritur, ut non partem tantum quamcunq, sed totum morale bonum bona, et indivisa sectari adlaboremus voluntate, ut sensualitate similiter resistamus; ut lucra, quæ peccato non raro acquiri possunt, contemnamus; et omnia mala ipsam etiam mortem ferre parati simus potius, quam ut legem moralem transgrediamur. Quomodo talis Virtus absq fide in Deum virtutis amatorem præceptorem judicem, et remuneratorem firma consistere valeat? ego saltem in virtuosorum

Author

Atheorum Republica vivere nollem; ei totus assentior qui dixit: Deum timeo: et praeter eum neminem, nisi hunc qui illum non timet – si mortui non resurgunt, manducamus et bibamus; cras enim moriemur 1 Cor: 15 v 32. –

Virtus Christiana est bona voluntas, qua voluntati divinae per Christum cognitae fortiter sentire, et agere serio adnititur vel quod in idem redit: qua Deum ex toto corde et proximum sicut se ipsum juxta Jesu Christi doctrinam diligere satagit. –

Ut generaliter breviterq; complectar, quam de virtute habeo notionem, quod ad recte vivendum attinet, virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur S. Aug: de Mor Eccl: Sapientia Spiritus, pietas, sanctitas sanctificatio, justitia, innocentia cordis, timor Dei, obedientia, nova creatura, timor Dei, et novus homo, bona opera fructus spiritus – has expressiones in Scriptura occurrentes omnes synonima virtutis. –

5. Virtus apparens ea est, qua sibi ipsa vox imponat, tantum Virtus esse appareat, Speciem tantum ait Apostolus, pietatis non vero virtutem id est veritatem habet. Hanc illi quos Pharisaeos et Hypocritas dicimus, profitent, quorum opera tantum externe legaliter bona sunt. –

Horum duplex est Classis. Alii sunt Hypocritae proprie tales qui ex professo hypocritas agunt. Alii impropriae tales, qui quidem sunt hypocritae sed non ex professo. – Ad primam Classem pertinent illi, qui etsi perversa voluntatis sua sibi conscii sint, tamen speciem pietatis assumunt, sancti sunt verbis, sancti actionibus, qua in oculos cadunt, vivis coloribus depingit eos Christus Matth 6. 15. et 23. Hanc pietatem simulat ideo – vel ut laudentur ab hominibus; vel ut mala „sua convitia tegant, vel ut corda innocentium facilius seducant, vel ut secrete tanto liberius „peccent – ex fructibus eorum cognoscetis eos„. – Alii non sunt hypocritae ex professo et scienter, sed magis ex ignorantia, et simplicitate, sunt ex defectu bonae institutionis, aut ex praedominante aliqua passione, quam illibenter reponerent, aut ex teporitate, qua asperam virtutis refugit. – Ad horum Classem, referendi sunt, illi qui externa pietatis exercitia quam diligentissime peragunt, peccatorum enormium sibi non solum conscii non sunt, sed insuper etiam plura bona agunt, quamvis caeterum his illisve peccatis editi sint, tamen justos se esse arbitrantur; Deum peccata eis intuitu bonorum quae agunt antecedente confessione condonaturum credentes. Horum hypocrisis minorem habet culpam quam priorum: fugienda tamen et ipsa summopere est; est enim status cor Moralis vere malus, converti difficilis, absq conversione vero infelix, nisi forte ignorantia, et simplicitas talis sit quae excusare valeat. –

6. Virtus Mystica ea est, quae ex castissimo quidem fonte purissimo nempe Dei, et Proximi amore promanat, sed omnia reliqua motiva, ut impura reiicit a deo, ut neq; spei vitae aeternae ratione habere medium cat.

Ad

Ad hæc nihil nisi Deum continuo cogitat, hacq cogitatione ita absorbetur, ut mens omnium aliorum oblita, cogitatione ita absorbetur, continuo cogitat quasi in extasi sit. Hujusmodi virtus nec a Christo commendata, nec præsentis vitæ statui accommodata est. Temperamentum Melancholicum, hypochondriacũ, et tenerior fœminens sexus ejus amare facilius capitur quam alii.

7. Virtutes Cardinales. Inter Virtutes Morales quatuor ideo quod quasi cardo aliarum Virtutum promanant, sunt Cardinales dicuntur, —

1. Justitia quæ jura, et debitatem proximi reveretur, et suum cuiq tribuit.
2. Prudentia quæ fines et media dijudicat, et optima semper eligit.
3. Temperantia id est moderatio animi, quæ cupiditatem ne exorbitata coerceat.
4. Fortitudo quæ impedimentis, difficultatibus, et periculis virtutis strenue resistit. — ex fortitudine proveniunt actus heroici seu virtutes heroicæ quæ extraordinariã quandam animi fortitudinem, hoc est, sui ipsius abnegationem, indicant. — Veteres vocabant has virtutes Cardinales ideo, quia cardo virtutis, id est, essentialia virtutis requisita sunt, sine justitia enim prudentia temperantia, et fortitudine, virtus consistere non potest. —

8. Virtutes Theologicæ Fides, Spes Charitas dicuntur virtutes Theologicæ ideo, quia immediatum earũ objectum est Deus. Est nonne et pluribus aliarũ virtutũ eg gratitudinis, reverentiæ erga Deum de immediatum Objectum est Deus? — Mihi profunde magis arridet eorum sententia, qui eas ideo ita nominari censent, quia virtutis Christianæ basis sunt, et quia eas Scriptura speciali gratiæ Dei adscribit. Dum eas Theologi dicunt, a Deo se infusas, ex speciali gratia Dei promanare dicere volunt.

9. Unitas Virtutis Christianæ Sicut una est tantum Sanitas, ita una est etiam tantum virtus, unum indivisibile totum: una nempe indivisa et tota bona voluntas, quæ totam legem divinam æstimat, omnia et singula Præcepta servata (rejpecta) est. Matth: 5 v. 8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt, Nolite putare quoniam non veni solvere legem aut Prophetas non veni solvere sed adimplere. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra, plus quam Scribæ et Pharisæi, non intrabitis in Regnum cælorum. 1. Thess: 5 v 23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer Spiritus Vester et anima, et corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Jacob: 2 v 10. Quicunq autem totã legẽ servaverit, offendat autẽ in uno, factus est omnium reus. 2. Petr: 1 v 5. Vos autẽ etiã omnẽ studium subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem discretionem. — Quod vero attinet Materiã, id est Objecta, Officia; ad quæ hæc bona voluntas refertur, multis dantur, et diversissima virtutes; omnes tamen sunt nonnisi rami, unius, ejusdemq formalis virtutis id est boni cordis, et voluntatis legem divinam æstimantis. Hinc particulares Virtutes omnes,

exercere

exercere, non est quidem semper in nostra potestate, partim occasionis defectu, partim non admittentibus id circumstantiis nostris: propterea autem tamen bona voluntas, quae se ad omnes extendit, et omnes, si posset, implere parata est, pretium coram Deo habet, et praemiatur. Pauper, cui, si posset, juvare, pauperem prompta voluntas adest, non postponitur, certe divite, id agenti, nec perdit mercedem suam –

10. Motiva Christianae Virtutis. Primum et purissimum motivum Christianae Virtutis, est aestimatio, et amor Dei Legislatoris. 1. Cor: 10. v 31. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Rom. 12 v 2. Et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Ephes. 6 v. 6. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo. Cum bona voluntate servientes, sicut Domino et non hominibus. Cum hoc Motivo conjungi possunt et ea motiva, quae ex representatione boni, virtutem in hac, et in altera vita consequentis, desumuntur, quin propterea virtus impura evadat. Ipse Christus et Apostoli ad aestimandos ad virtutem hominum animos hujusmodi motivis uti sunt. Matt V. 12. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Matt 10 v 41. Qui recipit Prophetam in Nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet, et qui recipit justum in Nomine justi mercedem justi accipiet. 1. Tim: 4 v 8. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae. – Noverunt nempe Christus et Apostoli verbum Naturam hominis, cui appetitus felicitatis connatus est, melius quam illi Philosophi, qui non nisi eam virtutem, cujus motivum sola tantum legis moralis aestimatio est, puram diis suis declarant. Si hoc verum foret, ad virtutem eluctari homini possibile non esset. Christiana proinde moralis multo melior, et naturae nostrae magis accommodata est. Justa Christi moralem non est impura virtus tua, si non ex sola, et unica, ex sola lege sumpto motivo, quo simul etiam ex motivo felicitatis proveniat. Sol obtinendo curandum est, ut motivum legis, quia divina lex praecipit, sit motivum primarium, et principale, Non est tamen opus, ut in singula actione, bona principalis hujus motivi memor, sed eo immediate ad agendum determinemur, sed sufficit diuma testimonium tibi dare valeas, quod motivo hoc aliis praedominante –

11. Qualitates Virtutis Christianae. 1. Puritas principiale ejus motivum debet esse legis divinae aestimatio. 2. Universalitas non unum, non solum aliqua Praecepta, sed tota lex divina servanda est. 3. Constantia non aliqua volum, licet longiore, sed semper omni tempore, in omnibus circumstantiis servanda sunt Praecepta divina. Nullum enim cogitari potest momentum, quo eum obligandi amitterent. Luc 1. v. 75. In Sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris. 1. Cor. 1 v. 8. Qui et confirmabit

vos

vos usque in finem sine crimine in die adventus Domini Nostri Jesu Christi. Philip: 1 v. 9. 10. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis, abundet in scientia, et in omni sensu. Ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi. Et hic valet illud. Qui perseveraverit usq in finem, salvus erit. 4. Hilaritas cum enim prompta voluntate mandata servet, cum ei defectuum sibi conscia sit, in Deo et Jesu Christo semper confidat, tetra noverit, sed jucunda gaudens in Domino semper Coloss: 3 v 4.

12. Virtutis agon seu luctа Propter carnem, quæ adversus spiritum continuo insurgit. Gal: v 17 est virtus nostra hac in terra, in continua luctа constituta, et hunc, qui ad eam eluctari cupit, strenue luctari oportet. Matt: 5 v 8. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat abscide eum, et projice abs te Galat: 3 v 24. Qui autem sunt Christi carnem suam Crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. In hac luctа succumbit quandoq Spiritus 1 Joan: 1 v 10. Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendaces faciamus eum, et Verbum ejus non est in nobis. et vel ideo Virtus nostra hac in vita perfecta esse non potest; sed approximatio est solum ad planam plenam perfectionem. Licet autem imperfecta tantum sit, propterea tamen virtus manet, Lapsus enim infirmitatis, quibus contingentibus voluntas nostra tamen bona manet, privare nos virtute nequeunt. Id efficit tantus dominans peccatum.

13. Gradus Virtutis Christiana. Duo primaria sunt motiva, quæ major est voluntatis promptitudo, et omnipotentia resistendi fortitudo, quæ constantior e bona voluntas et quo plus operatur boni, eo præstantior e virtus. Qui solo metu infamiæ, vel pœnæ boni sunt, non virtuosi. Qui tantus spe felicitatis ducuntur horum virtus non e pura; Qui quidem legem divinam æstimant, adhuc vespino tamen concupiscentia vincunt, horum virtus adhuc debilis et imperfecta est. Qui vero legem amant, et tentatione fortiter superare laborantes rarius a concupiscentia superantur, horum virtus perfecta e, quamvis virtus humana hac in vita perfecta esse pt.

14. Meritum Christiana virtutis. Meritum significat actionem quæ præmiari meretur. Nos qui id, quod boni facimus, facere obligamur, ad meritum jus stricte tale non habemus. Luc: 17. v 10. Sic et vos vos feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite: servi inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Quod Virtus nostra Meritoria sit, id venit ex gratia Dei, qui eam præmiare benigne promisit. Rom: 6 v 23. Stipendia enim peccati mors, Gratia autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino Nostro.

Caput 6um De ultimo fine Hominis

1. Ultimus finis hominis quem sibi proponere debet e virtus: id patet. 1. ex ipsa natura hominis. Homo hoc ipso quia creatura rationalis e, impossibile e eum aliter judicare posse, quam quod observatio legis moralis sit ejus, qua creatura rationalis ultimus finis ad quem tendere, quæve seu summum bonum desiderare debet. 2. Ita ipsum docuit ei Scriptura Eccl: 12 v 14. Et omnia quæ fiunt adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum sive malum illud sit. Matt 5. v 48. Estote ergo vos perfecti sicut et Pater vester cælestis perfectus est. 6 v 33. Quærite ergo primum Regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.

1 Petr:

1. Petri 16. v. 17. Quoniã scriptũ ẽ Sancti eritis, quoniã ego sanctus sum. 2. Petr. 1. v. 5. 11. Vos autẽ curã omnẽ subinferentes, ministrate in fide vestra virtutẽ in virtute autẽ scientiã. Sic enim abundanter ministrabit̃ vobis introitus in æternũ regnũ Dñi Nostri et Salvatoris Jesu Christi. 3tio ≡ Indicat hoc scopus Adventus Christi Titi 2. V. 11. Apparuit gratia Dei Salvatoris Nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria sobrie, et juste, et piè vivamus in hoc sæculo. 1 Joan: 3 v 8. Qui facit peccatum ex Diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. 4.° Et scopus mortis Xti 1 Petr: 2 v 24. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, super lignum: ut peccatis mortui justitiæ vivamus: cujus livore sanati estis. —

2. Et Beatitudo. Est autem homo etiã creatura venerabilis; qua talis appetit necessario beatitudinẽ, et non potest illam nõ appetere, Est ergo etiam beatitudo ultimus finis hominis: aut talis, tamen qui ceteris postponendus est. Nam fieri potest, ut lex Moralis, et beatitudo colliduntur: hoc in casu legem præferendam esse, nisi repugnare nobis velimus ipsi agnoscimus. Agnoscimus etiam nonnisi virtute talem nos beatitudine dignos. — Hæc est etiam Christianæ Religionis doctrina. Beatitudo supponitur in illa pariter ut finis ultimus Matth 5. v. 1. – 12. Ubi Christus enumerat beatitudines et dicit – Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis 7 v 21. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine &c sed qui facit Voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. 1. Timot 4 v 8. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis ẽ: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est et futuræ. 1. Petr. 3 v. 10. Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum, declinet a malo et faciat bonum, inquirat pacem et sequatur eam. 1 Joan: 3 v 2. Charissimi nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hebr: 13 v 14. Non enim habemus manentem hic civitatem, sed futuram inquirimus: ubi Christianum ut ut ad æternum beate vivendum destinatum considerat. – Notandũ tñ quod beatitudinẽ vitæ præsentis, quæ cũ virtute convivere nequit, non temnendam esse docet: Matth 16 v 24. Tunc Jesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire &c qui enim voluerit animã suã salvã facere perdet eã &c et beatitudinem vitæ æternæ tantũ sub conditione virtutis promittit. Virtus ẽ conditio sine qua non.

Virtus ergo et beatitudo, est ultimus finis hominis et summũ bonũ, seu id quod ab homine

cum

summe desiderandum est: ita tamen ut virtus primum, beatitudo secundum locum teneat. Nihil enim magis videri hominem ad id invenit, quod volunt, id est vita beata. Illud enim ultimum bonum est, et sine quo nemo ea dignus est, recte vidicet vivere, id idem volunt. S. Aug. de libr. Arbitr. ——

Nec hic est aliqua Contradictio Theologis quod multi Deum ipsum alii gloriam Dei vel Manifestationem divinae perfectionis et imitationem Dei — et vitam beatitudinem — finem hominis esse statuunt, quia fines hi vanie capiunt idem quod dicti dicunt. —

3. Vera beatitudo est status durabilis acquiescentiae. Acquiescentia et duratio, sunt partes beatitudinis essentiales. Haec adeo clara sunt ut probatione non egeant. Quod si autem ita est, requiritur vera hominis beatitudinem, nec in sola terrenorum gaudiorum fruitione, nec in sola temporalium bonorum possessione, nec in otio, et curis libero vivendi genere, ut multi putant consistere possit. Haec enim, nec ab omnibus, quibus vera beatitudo possibilis esse debet, acquiri queunt, nec durabilem animi quietem praestare possunt, sino mutationi subjacent, mortisque imo. Vera itaq beatitudo consistit in animi acquiescentia, quae ex bono Conscientiae testimonio orit et bona in Deum confidentia, 2 Cor 1. v 12. Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis et sinceritate, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus, in hoc mundo, abundantius tamen ad vos. 1. Joan 3. v 21. Charissimi si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, certaq promissae aeternae beatitudinis spe, ac remunerationis corroborata — Fides in Deum Virtutis amatorem, et Aeternum Remuneratorem est ad veram beatitudinem hominis necessaria. Per hanc solam, primo perspicit, quomodo et illi qui lugent, et qui persecutionem patiuntur, propter justitiam tam beati sunt posse

1. Beatitudo Virtutis in altera vita. Beatitudinem vitae alterius maxima fere attendunt ipsa hac imagines sub quibus eam Scriptura proponit. Quantum nobis de ea hujusq statuere articulet, consistit. —

1. In liberatione ab hujus vitae: per praesenti naturae nostrae constitutione, nexuq cum aliis rebus et hominibus provenientibus. 1. Epistolae Rom 8. v 23. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei exspectantes redemptionem corporis nostri 2. Cor. 4 v 17. Id enim quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeterni gloriae pondus operatur nobis. Apocalipsis 21. 7. v 16. Non esurient neq sitient amplius nec cadet super illos sol neq ullus aestus.

2. In perfectiori Dei cognitione, et cum illo similitudine. 1. Cor 13. v 9. Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est tunc autem quod ex parte est. 2. Petri 1. 4. Per quae maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes naturae fugientes ejus, quae in mundo est concupiscentia corruptionem.

3.

3. In intima cum Jesu Auctore fidei, cum spiritibus perfectis, et omnium temporum justis Societate. 2. Cor: 5. v. 8. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et præsentes esse ad Dominum. Coloss: 1 v 23. Coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius. Friedare loquitur de hac re S. Cyprian de Mortal. „Illic nos chorus numerus expectat – illic Apostolorum gloriosus chorus, illic Prophetarum cælestium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis gloriam „coronatus; triumphantes illic Virgines; quæ concupiscentiæ carnis continentiæ robore subegerunt – ad hos conspectu venire, quanta et illis et nobis in Communi lætitia.' —

4. In specialibus quibusdam a Scriptura quidem non determinatis certo tamen promissis bonis 1 Cor 2 v 9. Sed sicut scriptum est: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus illis, qui Diligunt eum 2. Cor 4. v 17. Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloriæ pondus operatur in nobis – 5. In interminabili horum bonorum possessione et fruitione Matt: 25 v 46. Ibunt hi in supplicium æternum justi autem in vitam æternam. 1. Petri 1. v 3 et 4. Benedictus Deus „et Pater Dni nostri Jesu Christi qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos „in spem vivam cum per Resurrectionem Jesu Christi ex mortuis. In hereditatem incorruptibilem, et non inquinatam et immarcescibilem conservatam in cælis in vobis.

6. Gradus hujus beatitudinis. Beatitudinem hanc gradus habitura ostendit ratio, et Scriptura. Luc 19 v 16. Venit autem primus dicens: Dne mina tua decem minas acquisivit. Rom 2. v 6. Qui reddet unicuique secundum opera ejus. 1 Cor: 3 v 8. Qui autem plantat et qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. –

7.° Virtus reddit hanc beatum. Absq virtute nemo beatus esse potest. Sola virtus hanc efficit beatum. Quomodo? non quod cum omnibus hujus vitæ incommodis, et ex limitatione naturæ nostræ, ejusq cum aliis rebus nexu pronascantibus malis libint, terrenisq bonis præmiet: id enim nullibi Scriptura virtuti promittit, nec id Christo, quo in nullo sanctior exstitit, tributum: sed hoc sensu reddit hanc beatum. – 1. Quod veram animi acquiescentiam parcat. – 2. Quod illis malis, quæ ex peccato veniunt, pœnisq peccati naturalem vocant, liberet: illa vero mala, quæ evitari nequeunt peccato mente perferre, juvet. – 3. Quod ei, licet non vertat omnia plurima in bona, quæ naturalia præmia virtutis dicimus, hanc jam in vita comparet. – 4.° Certa favoris divini, æternæq apud Deum beatæ vitæ spe, continuo solet, et ejus consecutione æterna solatura sit. Qui ad comendandam virtutem semper tantis prosperitatem terrenam, tanquam certa ejus sequela promittunt, et depradicant non agunt recte. Posito enim, quod expectatæ hanc prosperitatem non sequatur, tum in vita redditor virtus expectanti, videtur spes sua decepturus esse.

Caput Imum De Impedimentis Virtutis

1. Impedimentum Virtutis est id omne, quod Virtuti est Obstaculo: vi id quod est obstaculo in nobis existit impedimentum internum; si existit extra nos impedimentum externum.

2. Impedimentum internum in nobis existens est natura nostra ex peccato Originali proveniens corruptio, in eo sita, quod adeo facile his, quae sensui delectant abripiamur magis ad sequenda consuetudinis placita, quam rationis, et Religionis praecepta prudentes simus. Rom: 7 v 14. Scimus enim quia lex Spiritualis est: ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato. Galat: 5 v 17. Caro enim concupiscit adversus Spiritu, spiritus autem adversus carne: haec enim sibi invicem adversantur, ut quaecunque vultis illa faciatis. Huc pertinent illa - Video meliora proboq deteriora sequor - Nitimur in vetitu, cupimusq negata. Qui hanc corruptionem adesse homini negat, vel ipsa hac negatione confirmat. Prodiverunt tamen consuetudinis, ac circumstantiae, in quibus positi sumus, aucta corruptio hac diversas modificationes; inde venit quod unus magis quam alter ad hoc aut illud peccandi genus propendet.

3. Impedimenta externa sunt 1. Mala educatio. 2. erronea in Religione institutio. 3. Mala exempla. 4. Malae societates. 5. Seductores. 6. Lectio pernicios orum librorum. 7. Mens et circumstantiae in quibus constituti sumus. Prima tamen causa impediens est semper concupiscentia.

1. Tentatio est irritamentum ad malum. Est q v interna, v externa, levis, vehemens, vehementissima. -

2. Origo tentationis juxta Scripturam est Concupiscentia. Jacob: 1 v 14. Unusquisq tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. - An n etiam causa tentationis diabolus? Scriptura loquit etiam de tentationibus diaboli: sed nec quam frequentes sint asserit, nec signum aliquod, quo ab aliis tentationibus dignosci valeant, manifestat; medius iisdem quibus resistitur malo morali, etiam dum nulla diabolica invidia pavant, resisti ei posse docet Epheo: 6 v 11. Induite vos armatura Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. 1. Petr: 5 v 8. Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret. In Christo, qui Satanae regnum destruxit, et homines ab ejus timore liberavit confidendum est hortatur. Hebr: 2 v 14. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Denique diabolo omnibus suis studiis nihil posse apud eos, qui virtutis sunt, studiosi adstruit 1. Joan: 5 v 18. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo non peccat: sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum. An n tentat nos etiam Deus? Deus neminem tentat. Jacob: 1 v 13. 17. Nemo cum tentatur dicat: quoniam a Deo non tentatur; Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. - Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. - Dicit enim Scriptura Deum aliquando tentare sine: aut hoc ita sumendum est, quod admittat grave quidquid tenta-

tentatione, ut cognoscamus quanta sit virtus nostra, aut ab alio cognita fiat. Verba Orationis Dnica – et ne nos inducas in tentaõne – habent hunc sensu: ne admittas succumbere nos in tentaone.

6. Tentationis utilitas. Tentatio qua tentati, n tantu n e in ve mala, Deo potius multum proficua.

1. Per tentationem discit homo se noscere: Unusq uisq se tentatione tanquam interrogatio agnoscit S. Aug: in Psal: 30. 2. discit necessitatem attendendi ne cadat. 3. discit compati ei, qui cecidit. Galat: 6. v. 1. Fratres et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, unusquisque te ipsum ne et tu tenteris. 4. Per eam crescit virtutis pretus, et praemium: Vita nostra in hac peregrinatione, n potest esse sine peccato, sine tentatione quia „profectus noster per tentationem fit, nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus, nec potest coronari, nisi vicerit, nec potest vincere nisi certaverit, nec potest certare, nisi inimicu et tentaones habuerit S. Aug: v. 67.

7. Tentationes nec sunt anxie timendae nec condemnendae. 1. Unde unde proveniant tentationes n est anxie timendu. Nam 1. nulla tentatio est tam magna, ut vincere eam n quaeamus utentes requisitis mediis, et adjuti Dei et Christi, qua nobis promittitur gratia. 1. Cor: 10. v. 13. Tentatio vos n apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui n patietur vos tentari super id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere. Hebr. 5. v. 18. In eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur auxiliari 2. Tanti in eode mundo, in eode, in quo et nos corpore commorantes evaserunt já victores. Potuerunt hi et hae cur n et tu dignu pugna et vince. – Nec contemnendae: Memores enim oportet nos esse imbecillitatis nostrae. Matt: 6 v 13. Et ne nos inducas in tentationem sed libera nos a malo 26 v 21. Et edentibus illis dixit: amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. 1. Cor: 10 v 12. Itaq qui se existimat stare videat ne cadat. Davidis et Petri lapsus, est infirmitatis humanae perpetuum testimonium. Praevertim n st vilipendenda ea tentationes, quas ob individualem nostram infirmitatem nobis multo periculosiores esse novimus, quam alii. Ii qui se tentationibus praesumptuose exponunt se ipsos non norunt.

8. Possuntne tentationes impediri? Etsi non omnes multae tamen impediri possunt. 1. Temperantia. 2. Exercitione spiritualis. 3. Cognitione veri bonor temporalium pretii. 4. Fuga malor sociorum, et malae occasionum. 5. Vitatione lectionis perniciosor librorum. 6. Vigilantia ne pessimo mala aliqua in corde vermem figat. Quod si enim semel fixit já continuo tibi adest tentatio.

9. Quomodo nos possumus ad vincendas facilius tentationes praeparare? 1. Amore Virtutis. 2. Frequentiore motivorum Virtutis consideratione, ut tentatione veniente facilius invidant. 3. Diligentia Scripturae S. lectione, et praecipuae quarundae ejus sententiae memoria impressione, crebriore ear

ut praevente tentatione incidant faciliùs meditatione. 4. Exempli Christi et Sanctorum hominū consideratione. Ad hoc inverit totum Caput 12 ad Hebr: 5. Frequentiore et vera bonor prospicitor renovatione. 6. Eorq per fervidam Orationem renovatione. Quem tentatio tentatio imparatu deprehendit jam quasi victus est. Qui se praeparavit duplicatis pugnat viribus. Hic Regula. Fuge quamdiu infirmus es – est bona: est adhuc melior est haec: Fac ut fortior fias, ne fugere semper debeas, cum semper nec possis.

10. Quibus mediis est utendum ad vincendam tentationē praesentem? Praesente jam tentatione fortiter resistendum est 2. Sim 3. totum hoc caput. Hoc ut fiat 1. Mentem ad alia seria convertere satage. 2. Cogita inviolabilem Obligationem servandi legem. 3. Cogita praemia magnum Constantia, damnum vero gravissimum si conveneris. 4. Cogita Exemplum Christi et Sanctorum in tentatione constitutor. 5. Revoca Scripturae sententias quas tibi in memoria notavisti. 6. Memor esto omnivedi, et confidenter ad eum, ne irritamento mali succumbas, ora Ephes: 6 v 10. 11. De caetero fratres confortamini in Domino et potentia Virtutis ejus – Per omnē orationē et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu et in ipso, vigilantes in omni instantia, et obsecratione pro omnibus Sanctis – Qui tepide resistit, aut si plene forte animo, cruciat, victor cadere qui

Caput 8um De Peccatis

1. Si concupiscentia non resistitur oritur peccatum, id est: libera aberratio a lege Morali: seu libera transgressio legis dna: Quia haec transgressio dicto, facto, vel etiam sola concupiscentia fieri potest igitur definitur peccatū a S. Augustino: dicti, facti, aut concupiti contra legem Dei aeternam. Ad peccatum itaq ut ipsamet definitio indicat; requiritur cognitio legis divinae, et libertas. Defectus ordinationis dnae legis illud proprie constituit. Hic defectus dicitur formale peccati. –

2. Peccata dividuntur 1mo Ratione legis. Peccatū commissionis est actus dnae legi contrarius ag fortu. Peccatum omissionis est omissio ejus quod lex dna jubet: Mat: 25 v 42. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare: sitivi et nō dedistis mihi potum Jacob: 4. v. 17. Scienti igitur bonū facere, et nō facienti, peccatum est illi. 2. Ratione notitiae peccati. Peccata nota, quae nobis vive ea committendo, vive sponte commisimus. Occulta sunt peccata ignota occulta. Ps: 18. v 13. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Haec si nostra culpa ignorantur, reatum habent. –

3. Ratione Notitiae legis. Peccatū ignorantiae est transgressio legis ignoratae. Haec ignorantia est vincibilis dum eam quis impedire potuit Luc: 12 v 48. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autē cui multum datum est, multum quaerētur ab eo: et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo; invincibilis autē est ea ignorantia quae impedire non fuit in ejus potestate. ignorantia invincibilis nullius est peccati, sed ea voluntas quae vincibilis est Thomas. 4. Ratione minoris aut majoris malitiae voluntatis

Peccatū

Peccata infirmitatis sunt, quæ non ex mala voluntate, nec tantùm ex naturali fragilitate promanant, prenes quæ plena deliberatio, et consensus non adest, quæ mox ut advertimus improbamus, et emendare satagimus. Qui ea negligit emendare, et non satagit imminuere, dicere non potest: pecco ex infirmitate. Peccata bonæ voluntatis, quæ communiter ex ignorantia orium ducunt. – Peccata Malitiæ pro rata, deliberata, ea sunt, quæ animo deliberato, ex proposito, et quasi data opera committuntur. Hoc sensu vero pauci puto dari peccatores, qui eousque malitiæ prolaberentur, ut malum agnitum ex professo patrarent. Unde peccatum malitiæ illud potius vocandum est, quod expectandi habeat, quem etsi vitiamus, tamen illum deponere non satagimus. Hoc sensu dant multi malitiosi peccatores; omnes illi nempe illi qui etsi peccare vitiant, tamen nullis emendationis mediis utuntur.

1. Ad hanc peccatorum Classem, de quibus hic sermo, pertinent etiam peccata Mortalia et Venialia. Mortalia sunt peccata gravia, quæ gratiam Dei privant, et mortem æternam, hoc est privationem vitæ æternæ, post se trahunt. Peccatum ad mortem de quo sermo est. 1 Joan: v. 16. est peccatum ab his quæ mortalia vocant, diversum. Venialia levia, quæ facilis venia consequuntur, et a Regno Dei non excludunt. Quomodo autem dignosci potest, quænam sint illa gravia et quæ levia? Non esse id ut multi putant adeo facile, patet ex ipsius S. Augustini testimonio – Quæ sint levia, et quæ gravia peccata, non humano, sed divino sunt pensanda judicio. Enchir: c. 17. Et rursus. Quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt perversionem ad Regnum Dei, ut in Sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum et invenire, periculosissimum definire. Ego certe usq ad hoc tempus, cum inde satagerem, ad cor indaginem pervenire non potui. L. 21. de Civ: Dei. Cap. 27. Cum dixerit: divino hæc pensanda esse judicio ideo scribit L. 1 de bapt: Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus, et quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes: hoc grave hoc leve est; sed afferamus divinam stateram de Scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis, et in illo quid sit gravius appendamus; imo non appendamus, sed a Domino appensa regrocemus. Conformiter huic sententiæ statuunt Moralistæ.

1ma Regulam juxta quam quod peccatum mortale, quod veniale sit dijudicatur hanc esse: Quæ in Scriptura dicunt, excludere a Regno Dei, esse abominabilia, detestanda, execranda, aut morte digna, quibus væ, aut alia maledictio est adjuncta, mortalia; reliqua venialia censenda.

2da Regulam dicunt esse Traditionem et Ecclesiæ Canones. Quod Traditio, et Ecclesiæ Canones mortale esse dicunt, id pro mortali habendum est. –

3tia Denig Regulam ajunt esse humanam rationem, quæ juxta Regulas Imputationis de gravitate aut levitate peccati decidit. – Ego vix cogito: quando Scriptura, aut Traditio ita loquuntur, supponunt jà corruptum cordis statum, qui ex Regulis Imputationis dijudicandus est, et proinde Regulæ Imputationis primum hoc in re debeant sibi ipsæ. – Pro exemplo sit

Sententia

Sententia Scripturæ 1. Cor: 6. v. 10. Neq Mollesi, neq Masculorum concubitores, neq fures, neq avari, neq ebriosi, neq Maledici, neq Rapaces Regnum Dei possidebunt. Galat: 5. v. 19. 20. 21. Manifesta
„ sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum
„ servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ. Invidiæ
„ homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam
qui talia agunt Regnum Dei non consequentur. An omne furtum, omnis gradus avaritiæ è peccatum mortale? Quomodo potuissent veteres docere Moralistæ: posse quandoq fieri ex Mortalibus Venialia? Ergo etiam Septem peccata Capitalia fontes multor aliorū peccatorū, ad Regulas Imputationis dijudicanda sunt.

2. Ad Peccata Malitiæ referuntur in Spiritum peccata in Spiritum Sanctum et peccata in Cælum clamantia Hoc sensu quo Scriptura. Matt. 12. v 31. Ideo dico vobis omne peccatum, et blasphemia remittetur hominibus Spiritus autem blasphemia non remittetur: peccatum in Spiritum Sanctum summ, peccatum hoc a Christianis in committitur. Peccata in Spiritum Sanctum, quæ in Catechismis nostris enumerant, ideo ita vocant, quia juxta Scripturam, Spiritu Sancto Auctori veritatis gratiæ et Virtutis è. Quod peccata in Cælum clamantia attinet hæc denominatio ex Gen: 4. v 10. Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et Jacob: 5. v 4. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis clamat, et clamor eorum in aures Dni Sabaoth introivit. decumpta est: indicat maximam hujusmodi peccatorum culpa, et a Deo justo illis infligenda pœnam.

3. Ratione Actus interni et externi Peccata interna et externa Interna quæ actu mentis Matt: 5. v 28. Ego autem dico Vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est in corde suo. Externa quæ actu externo committunt: Matt: 12. v. 36. Dico autem vobis: quia omne Verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Non ipsæ malæ cogitationes quæ sæpius de repente etiam nobis nolentibus incidunt, peccatum constituunt, sed voluntas mala, quæ illis delectatur, consentit, et occasione data in effectum deducere parata est. Cor est sedes malorum. Matt: 15 v. 18. Quæ autem procedunt
„ de ore, de corde exeunt, et hæc coinquinant hominem. Peccatū ung adeo Voluntarium malum est, et nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. S Aug: L3. de lib: arb: Cap: 18. Communis Moralistarū Regula circa peccata cogitationis est istaec: ad peccandum cogitatione requiritur delectatio morosa. Quid hæc delectatio morosa sit explicat S. Thomas 1.2.q. 74. Art: 2. ad 3. delectatio morosa nominatur, non ex mora temporis, sed ex eo, quod ratio deliberans circa ea

immo

immoratur, nec tamen ea repellit, tenus et volens liberter, quæ statim ut animum attigerant, respuit debuisset.
Si liberter constituit peccatum. Nam libenter, aut illibenter mala volvamus, id cognoscitur ex his, quæ, dum ea advertimus, agimus: et universim ex morali cætero cordis nostri statu.
Cogitationes mala proveniunt 1. ex perversitate cordis. 2. ex infirma constitutione corporis. 3. ex externis in nos agentibus objectis. 4. ex præcedenti malo cogitandi, agendique modo. Qui ab eis liberari optat, causas earum præscindere debet. — Quæ contra voluntatem incidunt, et quæ dum advertimus mox mente ad alia conversa, aut voluntatis renitentia, aut Oratione ad Deum pura, supprimere valuimus, nullum prorsus natum habent. — Scrupulosi notent sibi in specie vaperius allatum S. Augustini dictum: Peccatum usq adeo Voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium et ut de non præstito consensu certiores reddantur, faciunt mox mane propositum generale, quo quidquid inciderit in anteactum jà resumunt, et consensu denegant.
6to Ratione iterationis. Peccatum consuetudinis: id est facilitas transgrediendi legem divinam, ex repetitis transgressionibus orta. Naturale id nobis est, ut quo frequentius eumdem actum repetimus, eo facilior nobis accedat, ita ut ultimatim absq omni deliberatione agamus, et quasi vix aliter agere valeamus. Hinc illud Proverbium: Consuetudo altera natura et quod S. August: L. 8. Confess: dicit: dum consuetudini non resistitur fit necessitas. Inde venit, quod Consuetudinarii adeo difficulter emendentur; in specie illi quorum peccata in naturali coram constitutione damnentium habent, naturæ homogenia sunt, et vi emendantur facile rursus ad propria relabuntur, verificatur respectu illorum vaticinium illud: Naturam si furca expellas, tamen usq recurret. Cavenda ergo Consuetudo. Principiis obsta, sero medicina paratur. — — —
Quamvis vero peccandi consuetudo ultimatim ita libertatem minuat, ut quasi necessario agamus, propterea tamen actiones mala in hoc statu positæ, tanquam liberæ in sua causa, subjacent imputationi.
In dijudicanda gravitate Consuetudinis peccati, videndum est, quousq Consuetudo initio mox, et in progressu a libertate, et propria cooperatione Consuetudinarii dependerit? Memor antiq Consuetudine debilitatis, resentiam totalem Conversionem a consuetudinario non expecta.
7mo Ratione propriæ malæ voluntatis, ejusq etiam in alios influxus. Peccata propria quæ ipsimet committimus; et aliena quæ alii committunt, quorum tamen nos conautores sumus. Rom: 1. v. 32. Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. 1 Tim: 5. v. 22. Manus cito nemini imposueris, neq communicaveris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi.

3. Peccatum philosophicum. Novum hoc est peccati nomen sub finem sæculi XVII inventum, et ab Alexandro VIII damnatum. Per hoc peccatum intelligitur, transgressio legis Moralis ab eo, qui Deum ignorat, aut de eo actu, dum peccat, non cogitat. Judicium de hoc novo peccato facile feremus, si expendamus, an invincibilis ignorantia Dei dari possit? et an imputare possit peccatum ei qui peccando Deum non cogitat? -

4. Utilitas harum divisionem hanc est, quod per eam reddantur homines ad non pauca peccata, eorumq gravitatem attentiores. Quis nescit, quam parum nota sint peccata posse omissionis? peccata interna? et peccata aliena? quæ parum nota sit etiæ ei nonnullos, qui tm, sæpe committere vel peccata vitare

5. Differentia peccator. Peccata differunt specie, numero, et gravitate. Species ex Diversitate Objecti, finis etiam, et circumstantiarum; præcipue tamen ex diversitate objecti; Numerus ex iteratione actus; gravitas ex circumstantiis aggravantibus, juxta imputationis Regulas cognoscitur.

6. Vitium formale est mala voluntas, quæ vel unum præcipiendo obediendo legem Dñi transgredi consuevit. Inter peccatum et vitium formale hoc intercedit discrimen, quod peccatum sit aberratio a lege, vitium vero continuata aberratio, et perversus jam cordis habitus propter prædominantem concupiscentiam. Rom: 6. v 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali pcorpore, ut obediatis concupiscentiis ejus

7. Vitium formale est tantum unum: relate ad materiam, id est ad Objecta, circaqua versatur mala voluntas exerit tam diversa sunt vitia, quam diversa sunt eorum objecta: vitium superbiæ, avaritiæ, luxuriæ &c: relate autem ad formam id est Voluntatem sub Dominio concupiscentiæ constitutam, unum est tantum vitium: sicut una est tantum Virtus. - Id tamen non in eo sensu animadvertendum est, quasi Vitiosus omnia Præcepta transgrederetur: et omnia peccata condonata in eo extarent, nihilq boni in eo reperiretur: non: sed hoc sensu id accipiendum est, quod perversa ejus voluntas, quasi semina nequitiæ habeat, et licet nunc solum unum alterumve Præceptum transgredi assueverit, ad omnia alia etiam, quæ concupiscentiæ adversantur data occasione transgrediendæ, disposita sit. Verbo: contemptrix est legis divinæ Jacob: 2. v. 10. 11. Quisquis autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est „ omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis, dixit et non occides. Quod si non mœchaberis, occideris autem, factus es transgressor legis. - Hoc tamen non obstante sunt bona mixta malis. Dantur vitiosi apud quos plura, saltem legaliter bona, reperiuntur; Quosdam ipsum vitium ac quosdam bona præditiores facit. Luxuriosi ex communiter corpulentiores, et mitioribus ex voluntibus. Horum apud Vitiosos malis mistorum bonorum, magna est in Moreli habenda ratio: præsertim quod sæpe his decepti homines vitia sua excusare et extenuare soleant; præsertim quod communis

Vitiosi

vitiosi, si bona quæ habet laudes, et ab oculos ipsi ponas, non facilius obtineatur; partim quod alii bonorum horum consideratione ab odio in Vitiosos avertantur.

8. Gradus quibus homo ad Vitium deducitur. Sicut non vimus repente boni, ita nec repente mali; sed gradatim evadimus mali. Non curando peccata levissima, non curando primam et primas legis transgressiones, seu repetendo eas frequentius, vitium contingimus: quod ubi vermel cor occupaverit, intellectum obnubilat et motiva Christiana Virtutis reddit inefficacia, habitu pravi ve facillime cæteram vitiorum. Si avaritia, si luxuria, si invidia cor possidet, certe sola non possidet, sed multis aliis comitata vitiis.

9. Signa ex quibus nos non esse vitiosos agnoscimus sunt. 1. Si testimonium nobis dare possumus, quod quantum in nobis est, legem Dei implere, favoremq ejus consequi conemur. Veritas hujus testimonii ex fervido mediorum virtutis usu cognoscitur. 2. Si dum ex fragilitate labimur, lapsum doleamus, propositq emendationis laudamus, eaq adimplere cataginus.

10. Pœnæ vitii. Stipendia peccati mors. Rom: 6 v 23. Pœnæ vitii aliæ sunt Naturales quæ ex ipsa actionis mala natura fluunt: sunt q interna et externa. – Interna sunt decrementum virium Spiritus, auctio ejus inordinatarum inclinationum, et affectuum, imminutio libertatis moralis, amissio pacis et tranquillitas animi. Externa sunt amissio boni nominis, debilitatio sanitatis, egestas &c. Id tamen non est ita universum, quasi omnia hæc externa mala, quodlibet vitium infallibiliter, et proxime subsequerentur. – Hæc reflexio est magni momenti: ne qui vola verissime venturarum panarum externarum minatione a Vitio dehortari volent, semper præoculis habenda: si enim quod minantur non eveniat, confirmatur peccator potius, in malo, quam emendatur. – Alia sunt positiva quæ ex ipsa actionis moralitas mala natura non fluunt; sed ex speciali legislatoris Voluntate legum transgressoribus inferuntur. Quod præsentem vitam attinet, cautissime de pœnis divinis positivis decernendum est, ne veritatem aut charitatem lædamus, ut lædere volent illi, qui dum aliquod extraordinarium infortunium accidit nos decernunt: hæc est manifesta pœna Dei. Potest esse: sed tu manifeste id non scis. Jocus: 9 v 1. 3. Et natus cæcus Jesus vidit hinc a Nativitate ejus de Regno et Jesu. Neq hic peccavit, neq Parentes ejus; sed ut manifestentur opera Dei in illo.

11. Infelicitas peccatoris non emendati in futura vita. Ex expressionibus quibus Scriptura eum depingit colligitur fore summe infelix; et quamvis illa damnatorum pœnas in specie non determinent: tamen quantum ex ratione et Scriptura cognoscere licet, hæc certa, et ad abterrendum a peccato apta sunt. 1. Segregatus erit peccator a Deo suo Luc. 16. v 23. Elevans oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus 2. Thess: 1 v 9. Qui pœnas dabunt in interitu æternæ a facie Domini, et a gloria virtutis ejus. 2. Segregatus a societate bonorum soli habitabit malis Matt: 13 v 49 Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, et segregabunt malos, de medio justos, et torquebitur continuis remoribus Conscientiæ Mar: 9 v 43. Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. 4. Valet abeq fine Matt: 25. v 41. 46. Discedite a me maledicti in ignem æternum – et ibunt hi in supplicium æternum

12

12. Fugiendum ergo vitium: quia 1. Summa est inobedientia in Deum. 2. Summa ingratitudo, 3. Summus est vilis dignitatis contemptus, ac dejectio sui ipsius: nihil est magis irrationabile, quam peccare. 4. est verū odium sive ipsum. 5. Est verū odium in proximum, cuiquam maxime nocet. 6. Verū odium in Societatem humanā, cujus felicitate subruit. - Eliminatis vitiis, exiguus certe foret malor, quae patimur, numerus - Vitium ergo ē verum et summum malum.

Caput 9mum De Imputatione

1. Omnis actio moraliter bona, habet meritum, et moraliter mala culpam, seu reatum culpae. Omni merito correspondet praemium, et omni culpae correspondet poena. Meritum et culpa actionum nostrarum potest determinari. Haec determinatio meriti et culpae actionum nostrarum, dicitur imputatio moralis.

2. Quae nobis imputari possunt? Fundamentū imputationis nostrae ē libertas. Omnes itaq; actiones, quae libere et imputari possunt.

3. Imputatio admittit gradus. Relate ad agentem datur majus et minus meritum, major et minor culpa. Hoc ex Majore aut minore voluntatis bonitate et malitia determinatur.

4to Merita nostra suos habent certos et determinatos gradus qui sunt:

1. Quo puriora sunt motiva eg agere bonum propter Deum et agere ex timore poenae. -

2. Quo minor est obligatio ad agendum eg misereri cordiam praestare quamvis ipse parum habeat. Marc: 12. v 43. 44. Amen dico vobis quoniam Vidua haec pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt: haec vō de penuria sua omnia, quae habuit misit totum victum suum

3. Quo plura, et quae fortiora impedimenta sunt superanda eg non violare castitatem, quamvis temperamentum, et potius servator promissionibus, et minus ad violandam irritet.

4. Quo magis deliberata est actio eg misereri ex proposito et misereri in impetu affectus aut ob exemplū ab alio datum.

5. Quo plures et salubres sunt actionis sequelae, quae ab agente pravae fuerunt, et intenta. Quando eg actio habet plures et ultimas salubres sequelas; seu agens de illis non cogitavit.

6. Quo longiore tempore agitur bonum, et ob dominantem jam boni amorem faciliores accedunt bonae actiones: eo melior est voluntas agentis: eo majus ergo etiam meritum.

5to Et culpa suos etiam habet gradus juxta quos crevit vel decrevit.

1. Quo major est in peccante gradus cognitionis eg si Religiosus vel Sacerdos peccat. -

2. Quo culpabilior ē peccantis ignorantia eg viquis habet abundantes occasiones obtinendae instructionis, quā neglexit. -

3. Quo magis est deliberatum peccatum eg scribere libellos infamatorios et conciliari in ira: mentiri studiose, et mentiri ex garrulitate: agere ex ignorantia, et agere ex dolo.

4. Quo sortior violata est Obligatio eg si misereri pauperis consanguinei, et false agere contra amicū et benefactorem.

5. Quo debiliora sunt ad malū irritamenta eg furari in urgente necessitate et furari ex gravi necessitate stimulantibus, etiā vocibus

6. Quo pejor ē peccantis intentio eg conciliari proximū ut ira satisfiat, et conciliare hac intentione ut privet pane

7. Quo pejores et malae sequelae actionis, quae a peccante pravae fuerunt, aut praevideri facile potuerunt eg sequelae ebrietatis.

8. Quo frequentior et diuturnior est transgressio, eo pejor reperiri debet voluntas, eo major proinde culpa.

Nota

Notandum 1. Actionum propriarum imputatio facilior est, quam alienarum.
2. Solus nonnisi Deus cui voli gradus libertis in hinc perfecte cognitus e errare in imputatione nequit.
3. Imputatio in foro interno seu Conscientiæ aut in foro fori id est judicio in quo interna ni judicant diversa potest esse nonnunquam ab ea, quæ in foro poli, a Deo fit. Nos de nobis, et Judex de reo aliter, quam Deus de nobis, et de reo Judex quando eq judicamus.
6. Possuntne nobis etiam Actiones ab aliis posita imputari? Possunt: quia diversis modis, liberi earum auctores esse possumus: Rom: 1 v 22. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. In Psalmo rogat Propheta Deum: ab alienis para servo tuo Modi hi sunt. 1. Idearum in altero excitatio, 2. Voluntatis motio jussione, hortatione &c 3. Consiliorum et Mediorum suggestio 4. Mali quod impedire potuit, et debuit non impeditio. Hos modos expresserunt antiqui his duobus versibus.

Jussio Consilium, Consensus, palpo, recursus.
Participans, mutus, non obstans, non manifestans

Gradus hujus Imputationis ut cognoscantur, an plus, aut minus alii imputanda sit actio ab alio posita, ad hæc duo præprimis attendere debet: Quid? et quare ab illum contulerit? Maxima imputatio est tunc dum alter sine mea cooperatione actionem ponere nec voluisset nec potuisset.

Caput 10m De Conscientia

1. Cum Imputatione arctissime cohæret Conscientia id est: Scientia quam de actionem nostrarum Moralitate habemus; an nempe bene, vel male egerimus, an præmio, aut pœna digni simus. Hic est puto Naturalis, et communis hujus vocis Conscientiæ significatus. Usu Moralistarum autem jam receptum est, ut Conscientia dividatur generatim pro judicio de actionum nostrarum Moralitate Inde sunt pro re Ortum diversæ illæ divisiones Conscientiæ.
2. Conscientia 1. Antecedens Concomitans Consequens judicii nempe quod de actione ponenda vel ab ea comitatur, aut subsequitur. 2. Conscientia recta dum judicium hoc veritati conforme est; erronea si difforme est. 3. Conscientia certa judicium plene convincentibus probabilis verisimilibus, probabilior fortioribus, minus probabilis debilioribus, probabilissima talibus, quæ nullum fere admittunt dubium argumentis innixum; Dubia judicium ob æqualitatem argumentorum suspensum. 4. Conscientia Scrupulosa dum de actione ponenda, aut posita moralitate nullum firmum judicium vel ex levissimis licet argumentis continuo dubitatur. Anxia dum ex levibus quibusdam rationibus ne peccet, aut an non peccaverit formidat. 5. Conscientia laxa dum quis plura quam licitum, licere cogitat. Arcta seu angusta dum plura quæ licent, non licere arbitratur. Tenera dum quis vitia continuo ne offendat, attendit, et minimam quamq a lege dna aberrationem, minimum quod vis peccatum, quod vix

prævat

peccatum est vitare voluerit. 6. Conscientia dormiens vi nec proinde varium, ne quovis actionum moralitatem dirat. Evigilans vi curare incipiat.

Conscientiosus is dicendus est, qui semper legem divinam pro oculis habet, et quid juxta eam liceat, aut non liceat inquirit. Stimuli qui nos, ut Deum ejusq legem continuo respicianus excitant dicuntur Stimuli Conscientiæ. — Res Conscientiæ est omnis res, quæ in se inspicienda non est, vel priusquam suscipiatur, bene pensanda est, ne aliquam contrahamus. Casus Conscientiæ sunt illi casus, in quibus quid liceat, aut non liceat inquiritur. Remorsus Conscientiæ sunt Objectiones Conscientiæ quod male quis egerit, pœnamq promeritus fuerit. —

3. Conscientiæ dictamen est sequendum: quia Conscientiæ dictamen præsupponit legem, cui actio proxima conformis, aut difformis esse judicatur. Sequendum ergo necessario est. Quærere liceat ne agere contra Conscientiam? est idem ac quærere: liceat ne agere contra legem?

1. Etiam Conscientiæ erroneæ dictamen sequendum est: Nam licet nulla lex proinde existat erronea Conscientia tamen eam existere voluit. Agendo itaq contra illam vilipendo legem Rom: 14. v. 23. Qui autem dubitat, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide peccatum est. Possumus etiam peccare agendo juxta Conscientiam erroneam; si culpa erroris in nobis posita fuit: proinde quando deponi potest conscientia erronea deponatur. Conscientia erronea plurima jam causavit mala; huc pertinet et illud: putant se obsequium præstare Deo Joan: 16. v. 2. nescivit quid faciunt. Conandum itaq summopere est, ut nobis exactam legis divinæ cognitionem quâ ab errore præservemur, comparemus. —

2. Quid est agendum in dubio? Antiquum jam est effatum: in dubio non licet operari. Verum est hoc effatum. In dubio manet judicium suspensum; voluntas nullum habet motivum; actio moraliter bona non est possibilis. Si agas non agis ex Convictione; agis contra præceptum Apostoli 1. Thes. 5. v. 21. 22. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mali abstinete vos; ostendis te legem non æstimare; exponis te periculo eam transgrediendi: Quod ergo dubitas ne feceris bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere quod dubites æquum sit, an iniquum? Non agere est illud facere quod in dubio agendum est. —

Quid autem si actio differri nequeat? Hic in casu expendendum est quale sit dubium quod habetur? 1. Si dubitamus an prohibita sit actio aut permissa? agamus. 2. Si dubitamus an prohibita sit aut permissa? non agamus. 3. Si dubitamus an sit præcepta aut prohibita? examinemus ad hæc rationes agendi et non agendi, et his examinatis eligamus id ad quod nos bona nostra voluntas magis inclinat. Quum vero differri potest actio si nobis ipsi soli consulere velimus, consulamus sapienti

Ad Consulendum dubio sunt tres juris Regulæ seu axiomata juxta quæ dubia nostra etiam resolvi possunt. 1. In dubio melior est Conditio possidentis quod ad Materiam justitiæ. 2. In dubio tutior para eligenda quod ad quamvis materiam moralem. 3. Pro eo standum, pro quo stat præsumptio, quod ad legem servandam, et prostandam obedientiam spectat.

6ª Estne licitum in Concursu duarum Opinionum æque probabilium licitum sequi eamque favet libertati? Quid ad hanc quæstionem respondendum sit constat ex superius dictis. In concursu enim duarum Opinionum æquè probabilium adest dubium. Sed si una faveat libertati, altera legi: illa est sequenda quæ favet legi: nam qui stat pro lege, tutius elegit.

7ª Licetne sequi opinionem probabilem, probabiliori relicta? Negant: probabilior enim est verior. Id autem quod verius est sequendum est: hoc dictat 1ª Sana ratio - Ubi non potest haberi certitudo, illud oportet sequi, quod omnibus perpensis probabilius videtur - Plato in Phæd. 2. Jubet id etiam Apostolus 1. Thess. 5 v 21. 22. 3. Agimus id semper in communi vita - Stures Mercatores tamdiu accedimus, donec meliores Vestes inveniamus; inquirere ergo oportet etiam doctrinam Christi veram, et eam quæ verior est eligere plus quam vestimentum. S. Chrysost. Hom. 4. in Matt. 4. Opposita sententia aperit januam Vitiis, ut adnotavit jam S. Aug. L. 3. c. 16. contra Academicos ubi hæc illorum Axioma: cum agit quis quod ei probabile videtur non peccat, impugnat. -

8. Status Conscientiæ Scrupulosæ et Anxiæ est status tristissimus 1. Obnubilat mentem, 2. Animum deprimit. 3. Confidentiam in Deum minuit. 4. continuo timore angit. 5. ad negotia et societatem reddit hominem ineptum, 6 Impedit veram pietatem, 7. immo eam gravia perturbat. 8. Sanitatem corrodit. 9. facile ad desperationem, aut desperationem aut eum vitæ taedium perducit,

9 Causæ Conscientiæ scrupulosæ. Conscientia Scrupulosa duxit Originem ex una vel quantis causis 1. ex infirma Corporis constitutione. 2. ex Educatione. 3. ex erronea in Christiana doctrina accepta instructione. 4. ex ignorantia. 5. ex conversatione cum scrupulosis. 6. ex præcedenti mala vivendi ratione eaque nunc compescendi voluntate. 7. ex Auctarii legis Christianæ, rigidiore, quam est, facientium lectione, quadoque ea expressis simulationem

10. Media liberandi se ex tristi Conscientiæ scrupulosæ statu. Ne in eam incidas, vita casta: in Specie autem exacta legis divinæ, et virtutis Christianæ cognitionem tibi comparare studeas. Si jam incidisti, initio mox liberari satage: quo enim diutius perdurat, eo difficilius curatur. Optima media ne liberemini sunt. Medicus. 2. Oratio Matutina. Legem tuam doce me Domine et proposuit Legem tuam volo servare Domine. 3. Distractio. 4. Prudens amicus cujus Consiliis, et Præceptis se totum committat.

11. Requisita Conscientiæ bonæ. Quia ut quis ad Conscientiam bonam requirunt. 1. Ut testimonium dare nobis possimus, quod omni possibili conatu in Voluntatis divinæ cognitionem pervenire satagerimus. 2. Quod cognitam Voluntatem divinam pro viribus nostris semper adimplere admittamur. 3. Quod primarium motivum agendi sit

vit Obedientia, et amor in Deum. - Qui hæc sibi attestari potest, habet Conscientiã bonã id ẽ mentẽ rectè vivendi.

12 Fructus Conscientiæ bonæ est 1. parit tranquillitatem cordis, quæ omnia superat 2. Cor: 1 v 12. Nam
" gloria nostra hæc est, testimonium Conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis et sinceritate
Dei, et non in Sapientia carnali: sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo 2. Probat So-
latium in adversis, et dum sinistrè judicamur ab aliis 1 Cor. 4 v 1. 5. Sic nos existimet homo
" ut ministros Xti &c Itaq nolite ante tempus judicare quoadusq veniat Dnus, qui et illuminabit
ab vscondita tenebrar, et manifestabit consilia cordium. 13 S. Morlẽ n timet 2. Cor. 5. v. 1. Scimus enim
3 quod si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvet, quod ædificationẽ ex Deo habemus
domum n manufactam æternã in cælis, habet enim bonam fiduciam in Deum. -
Hoc pretium non adimitur ei, per id quod dicit Apostolus 1 Cor. 4 v. 4. Nihil enim mihi conscius sum
sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me Dominus est. Sufficit enim si cum eodem Apostolo
quod de se dicit dicere possimus 2. Cor. 4 v. 10. Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Dni
nostri Jesu Christi, ut referat propria corporis unusquisq prout gessit, sive bonum sive malum.
13 Media acquirendi bonam Conscientiam. 1. Omni die expergiscendo memor esto dicti Eccles: Deum time,
et mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo. 2. Expende sæpius et vario media virtutis, seu
potius motiva. 3. Considera pretium bonæ Conscientiæ. 4. Fac vera proposita. 5. Vigila, 6. Ne in tentationẽ
incidas ora. 7. Cor tuũ vesperi discutere non intermitte. 8. Prima errata mox corrigere sategi.

Caput II.mum De Liberatione a peccato per Christum

1. Christus est Liberator a peccato. Miserandum foret sors hominis, via cupiditate sua victus, in peccatũ
prolapsus, et per illud pœnam meritus a Conscientia sua inquietaretur, nec sciret quomodo veniã
obtinere, pœna liberari, et tranquillitatem nec sciret nisi vno verbo posset? Sua volatica pœnẽ ea doctrina
quæ ñ per Xtũ præstari docet. Xtus venit peccato nos salvos facere Matt. 1 v 21. Ipse enim salvũ faciet pplũ suũ a
2. Quo sensu Xtus ẽ liberator a peccato? Salvator ẽ per doctrinã, per exemplũ, et per mortẽ suã, Quomodo peccatis eor
per doctrinã et exemplũ Salvator sit facile perspicitq Quomodo vẽ etiã per mortẽ, id n nisi ex scriptura discun
3. Quo sensu Xtus salvavit nos a peccato per mortẽ suã? Communis Rationalistar Sententia nostrum
sert: Salvasse nos Xtũ a peccato per mortẽ, quia eã in confirmationẽ doctrinæ suæ passus ẽ
Hæc explicatio vẽ Doctrinæ Scripturæ conformis n ẽ. Scriptura docet, Passũ et mortuũ esse Xtũ
pro peccatis nostris, et per mortem ejus dimitti nobis a Deo peccata. Deus nempe passionem et
mortem ejus gratiose acceptat, ac si eam nos ipsi in pœnã peccatorũ nostrorũ simul cum Christo sustinuissemus.
Mortis hujus intuitu dat veniam, et vult nos pœnis per peccata meritis. Hæc est genuina doctrina
Scripturæ, quam Dogmatica convincentissime volendit. Certe omni acceptatione digna doctrina.

Per

Per hanc volam comparatur vera quies animi, et commendatio accipit incrementa. Num enim sumus asseurati, quod dum vitam emendamus, pœnas damnationis præmissa peccata meritas timendas non habemus, quia Morte Christi ab eis soluti sumus. -

4. An doctrina hæc non præbet occasionem liberius peccandi? Minime, non promittit enim liberatio a pœnis peccati per Mortem Christi omni, vel tantum emendato peccatori. Emendatio & Conditio essentialis ut fructus Mortis Christi participes simus. 1. Petr: 2 v 24. Qui peccata nostra ipse pertulit in Corpore suo super lignum: ut peccatis mortui justitiæ vivamus, cujus livore sanati sumus. Adsunt et alia bene multa Scripturæ Sacræ loca de quibus Theologia Dogmatica uberius tractat nobis dicta sufficiant. - —— - -

Pars Secunda

De Officiis relate ad Deum. Sectio 1a

De Officiis internis, seu de Cultu Dei interno

Fide, Spe, et Charitate colitur Deus S. Augustinus

Caput 1mum Crede:

1. Fides in Deum est firma persuasio de existentia Dei. Cum pro hac existentia convincentissima sint argumenta, obligatur igitur homo ad fidem in Deum. Crede ergo in Deum Hebr 11. v 6. Sine fide impossibile autem est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est: et inquirentibus se remunerator sit. et vadage eum agnoscere. Joan: 17. v 3. Hæc est autem vita æterna ut cognoscant Te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Hæc Fides et hæc cognitio est basis virtutis et beatitudinis. -
2. Fides Christiana & si nimus assensus Doctrinæ Jesu Xti prædicti. Hoc vero ex nimit fides et exigit in Novo Testamento.
3. Obligamur ad fidem Christianam: adsunt enim pro veritate doctrinæ Christianæ convincentissima argumenta Mar: 1. v 15. Impletum est tempus credite Evangelio 16. v 16. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Joan: 3. v 19. Hoc est autem judicium quia lux venit in mundum et hines dilexerunt magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera 10. v 37. 38. Si non facio opera Patris mei nolite credere mihi, si autem facio, et mihi non vultis credere operibus credite ut cognoscatis, et credatis, quia Pater in me & et Ego in Patre.
4. Qualitates Fidei Christianæ debent esse sequentes: 1. debet esse firma id est procedens ex convictione. Scire oportet Christianum quare credat. 1. Petr. 3. v 15. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris

parati

parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis è, spe. Joan: 5 v 36.
Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipsa
opera quæ ego facio testimonium perhibent de Me quia Pater misit Me 10. v 25. Loquor vobis
et non creditis mihi. Opera quæ ego facio in Nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.
2. debet esse universalis qua totam Christi doctrinam, quia pro totius veritate convincentia omnia
argumenta, ut veram suscipit Joan: 8 v 46. Quis ex vobis arguet Me de peccato? si veritatem dico
vobis quare non creditis mihi? Convictione sit Fides viva; absq convictione ineffica est, facile vacillat,
aut plane perit, Et ut universalis sit credere debet doctrinas Dogmaticas etiam eas, quas intellectus
capere non potest, credere debet etiam doctrinas morales, licet convincentia adversent, credere
debet omnes promissiones et pœnas minatas. — 3. debet esse practica id est cum operibus conjuncta
Jacob: 2 v 26. Sicut enim Corpus sine Spiritu mortuum est, ita et Fides sine operibus mortua est.
Si universa Theologia scias, si noveris omnia Mysteria et omnia quam firmissime credas tota autem Christiana
non habeas, scientia tua, et Fides tua nihil est. Christiano nemo dicit recte, nisi qui acto prout valet, operibus congruat. S. Pro
Divisiones Fidei in Theoretica et Practica, Formata et informis explicita et implicita ea Dogmatica nota ee debent. —
3. Effectus Fidei sunt: 1. Adoratio Dei, 2. Spes. 3. Confidentia. 4. Acquiescentia, in Deo. 5. Gaudia in Deo.
6. Gratitudo. 7. Amor Dei. 8. Obedientia. 9. Amor proximi. 10. Victoria in Tentationibus. Ephes: 6 v 16.
In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. 11. Vera quies in adversis.
6 Adoratio Dei est supremus reverentiæ et subjectionis gradus. Est q interna quæ in suprema
reverentia, et subjectione cordis, v externa quæ in exhibitione reverentiæ exterioris consistit. —
Adorare Deum jubet 1. Scriptura Matt: 4 v 10. Dominum tuum adorabis, et illi soli servies
Joan: 4 v 24. Spiritus est Deus et eos qui adorant eum in Spiritu et Veritate oportet adorare.
2. Præcipit id ratio, ut ei qui infinitas possidet perfectiones supremam reverentiam exhibeamus.
Intellectus noster cessaret esse intellectus, vid id quod suprema veneratione dignum est Numine
venerandum ni ea statueret. 3. Exigit id virtus non est enim possibile, ut virtus Christiana sine
Dei adoratione consistere queat. —
7. Motiva adimplendam hanc obligationem excitantia. 1. Verus Dei adorator præmiatur a Deo. 2. Fruitur
vera tranquillitate animi. 3. æstimatur a bonis. 4. Moritur tranquillitate. 2ui externe tantum
adorat, verus adorator non est, Joan: 4 v 24. in Spiritu et veritate oportet adorare.

Vitia Fidei opposita

1. Atheismus id est: Defectus fidei in Deum Atheismus Theoreticus. Ejus causæ sunt 1. Summ
gradus ignorantiæ seu Stupiditas mentis. 2. Hyperspeculatio. 3. Vasissime conscientia mala.

1. Sim

1 Tim 1. v 18.19. Hoc præceptum commendo tibi, ut milites in illis bonam militiam. Habens fidem et bonam conscientiam, quâ quida repellentes, circa fidem naufragaverunt. 1. Atheistica conversatio. 2 Atheistici libri. — Miseranda certe sors hominis viventis absq Deo in hoc mundo. — Ex fontibus ex quibus orti, cognoscant facile media, quibus ab eo præservat aut reducit homo. Sæpe nihil aliud ad saniorem mentem reduxit, quam admissa a Deo tribulatio. — Atheismus practicus è vita cognitioni quâ de Deo habemus difformis. Tit 1. v 16. Confitentur se nosse Deum factis autem negant; cum sint abominati et incredibiles et ad omne bonum reprobi.

2. Idolatria est cultus idolor seu falsar divinitatum Idolatria cressa. Hæc deduit ortum 1. ex imbecillitate intellectus. 2. ex neglectu naturæ intellectus. 3. ex educatione. 4. ex exemplis. 5. ex sensualitate, quem etiam promovet. Idolatria subtilis est excessiva rei alicujus terrenæ æstimatio, et amor, Philip 3. v 19. Quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Coloss: 3. v 5. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. Dum in sp Deum credentes rei alicui terrenæ totum cor, quasi Deo cuidâ effigit. Hujus Idolatriæ causa è pariter apertenuis Dei cognitio, partim sensualitas, cui ii resistitur, partim defectus cognitionis veri rei terrenæ pretii. — Est directe opposita 1ª Christiana Moralis Præcepto.

3. Apostasia est derelictio semel jam agnita et suscepta fidei. Ejus causæ sunt Magna debilitas intellectus: defectus plena convictionis. Spes commodi, cujusdam desiderium liberius vivendi: metus: exempla: Quo major adsunt cognitio, et quo damnabilior è ejus causa, eo major è ejs malitia. Hebr: 10 v 26. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam relinquit pro peccatis hostia

4. Naturalismus est rejectio revelationis. Ejus causæ sunt: levis quidam in philosophia: fastus ingenii: exorbitans speculatio: studium placendi: spes commodi: appetitus vanæ gloriæ: erronea Christianæ doctrinæ cognitio: infundata in juventute accepta in doctrina Christiana instructio: malorum librorum lectio: cordis corruptio; mala Christianor et in specie Doctor Christiana Religionis vitæ exempla. — Quo abominabilior ejus fons, eo et ipse damnabilior è Joan: 3. v 19. Qui aute non credit jam judicatus è Qui ab eo præservari optat, causas evitet; qui reducere alios avet fontem ex quo manavit inquirat. —

5. Libertinismus est sibi ipsi concessa in Religione libertas, ut libet sentiendi, aut potius nihil sentiendi. Oritur ex iisdem prope ex quibus Naturalismus causis. Est vera degradatio intellectus, qui veritatem non inquirit, est virtutis et felicitatis pestis. —

6. Hæresis est pertinax erroris cognili defensio, et disseminatio, hæresis formalis hæc condemnat se ipsum Tit 3. v 10.11. Hæreticum hinc, post unam et alteram correptionem devita. Sciens quia subversus est, qui ejusmodi est et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.

Hæreticum facit error contra fidem, et pertinax ejus tuitio: Qui errorem, quem, non audacia sua presumptionis pepererunt, sed a seductis, vel in errorem lapsis parentibus acceperunt, nulla pertinaci animositate defendunt, quærunt vero cauta solicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deportandi. S. Aug: in Ep: ad Gloria. — In Imputatione hæresis Materialis considerando sunt ejus causæ: debilitas intellectus educatio: instructio publica Doctorum sectæ; nexus cum aliis quibus convivitur; commoda temporalia. — De his qui bono animo errant, scripsit olim Salvianus. Hæretici ei sunt, sed nescientes; aliæ nos sunt hæretici, aliæ sectæ. Nam tanti sc Catholicos esse judicant, ut ipsum titulo hæreticæ appellationis insumant. Quod ergo illi nobis sunt hoc nos illis. errant, sed bono animo errant, non odio Dei affectu Dei, honorare se Deum atq amare credentes quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc æstimant perfectam charitatem. Qualiter pro hoc falso opinionis errore in Dei judicii fumendi sunt, nullus scire potest, nisi Deus. Salv: L. V. —

7. Dubitatio vel consistit in incidentibus tantum contra voluntatem Religionis dubii vel in dilatatione assensus donec veritas magis illuxerit, vel in conatio ad inveniendi, argumenta quibus religio generatim; aut una solummodo ejus doctrina incerta reddatur. 1o Modo sumpta dubitatio realem non habet. 2o Modo sumpta caret culpa, si sincera veritatem inveniendi voluntas adsit, et dilationi non subverteretur aliqua mala causa 3o Modo sumpta oritur communiter 1. ex studio placendi iis per quos fortuna speratur. 2. ex ostentatione ingenii. 3. ex perverso corde quod morsus conscientiæ supprimere, et sibi dubitatione tranquillitatem comparare studet, aut alios ad mala consilia ma facilius permovere sperat. Hæc dubitatio ipsis legibus intellectus adversa, origine sua jam mala a Christo jam in Scripturis damnata est. Quo impurior est fons, ex quo processit, eo major ejus malitia. Maxima est autem tunc, si quis dubia eo fine aliis communicet, ut illis Religionem unicum virtutis et felicitatis veræ eripiat. —

8. Credulitas est promptitudo in rebus Religionis omnia nos cuiq credendi, absq omni examine motivorum credibilitatis. Talis credulitas 1. improbat a Scriptura 1. Thess: 5. v 21. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Hebr: 13 v 9. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. 1. Joan: 4. v 1. Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Dedecori est hinc ratione præcipite. 2. Impedimento est in raro vera pietatis et tranquillitatis animi. — Origine trahere solet: ex debilitate intellectus: ex vegnitie aut inquisitio veritatis molestæ aversio: ex levitate animi: ex dominante aliqua passione, qua libenter creditque vult. Credulitas, cujq causa est, insuperabilis intellectq debilitas imputationi non subjacet. —

9. Vacillatio seu mutabilitas assensus in rebus Religionis provenit ex debilitate judicii, ex levitate mentis, ex amore novitatis et singularitatis, ex metu, ex spe lucri, ex infirmitate convictionis. In ejus imputatione, causa et res circa quam versillamur consideranda est. —

10. Superstitio dum pis credit, quæ juxta sanæ rationis, ac religionis principia credi possit. Huc pertinet Divinatio

Vana

Vana Observatio, Sortilegia, Magia Somniorum explicatio &c – Fontes Superstitionis sunt: debilitas intellectus, educatio, mala conscientia, passio dominans, avaritia, incautus amor, impostores. Superstitio est vitanda: nam 1. adversatur praecepto quaerendi veritatem. 2. in cognitione veritatis credendi. 3. Noxia est veras pietati: imminuit enim conscientiam et amorem erga Deum, laedit per amorem proximi. Vel maxime autem noxia est virtuti ea superstitio, qua solo externo cultu Deum placari credit. 4. Noxia est saepe felicitati temporali superstitiosi. 5. Noxia est incremento boni communis. – Perfecta Dei, rerumque naturalium cognitione ei efficacissime contrarium. – Haec ex pura debilitate aut stupiditate intellectus orta trahit imputari nequit. Hac ex causa excusat rudis plebs, Ultima tum nunquam fuerit dicere: nullum est meum peccatum, nisi quod his credidi, a quibus nefas esse putabam me decipi.

Caput 2dum. Spera:

1. Spes Christiana est laeta expectatio omnis veri boni, in specie vero aeterna beatitudinis a Deo.
2. Fundamentum Christianae Spei sunt divinae promissiones per Jesum Christum nobis factae, quae certitudo ex Dei bonitate, potentia, et veracitate cognoscitur Rom: 3. v. 4. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est. 1. v. 21. Fidissime autem quia quaecunque promisit potens est facere, 2. Cor: 1. v. 18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud nos non est in illo est et non, 2. Thess: Fidelis est qui vocavit vos: qui etiam faciet. Quia tamen promissiones divinae adnexa sibi habent conditionem virtutis non vero partim infirmitates nostrae partim transgressu jam legis divinae nobis concii sumus, fit ut spei nostrae associet se quidam timor.
3. Sperare jubet nos S. Scriptura Rom. 12. v. 12. Spe gaudentes: in tribulatione patientes orantes instantes. 1. Petr 1. v. 13. Propter quod succincti lumbos mentis Vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam in revelationem Jesu Christi. Proverb: 16. v. 20. Eruditus in verbo reperiet bona, et qui sperat in Domino beatus est. Ps: 61. v. 9. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adjutor noster in aeternum. – 4. Sperare obligant fides, et divina promissa. Germana Fidei et Spei cognitio est S. Bernard: Ser: 10. in Ps: 90. 3. Spes est medium efficax corroborans virtutis.
4. Spes Christiana allicit ad emendationem, temperat amorem terrenorum, excitat ad aestandum coelestia. 2. Cor: 7. v. 1. Has ergo habentes promissiones charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis et Spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. 1. Joan: 3. v. 3. Est omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut et ille sanctus est: consolatur in tentatione: volat in afflictione: exhilarat in morte: Vita vitae mortalis, spes est vitae immortalis. S. Augustinus. –
5. Media comparanda spei sunt: 1. frequentior promissionum divinarum carum meditatio considerata. 2. fervidus conatus servandi bonam conscientiam. Quo melior conscientia eo major spes.
6. Fiducia in Deum est firma expectatio ejus quod est optimum a Deo eminentior Spei gradus.
7. Fundamentum Fiduciae in Deum, est firma convictio de ejus omniscientia, Sapientia, bonitate et potentia.

Deum

Deum nihil latet eorum quibus egemus, ille eligit semper optima media ac consequentes optimos fines vult cujusq hominis salutem promovere, potentia ejus nullis nullis est limitibus definita. —

8. Ad Fiduciã in Deo ponendã hortat 1. nos Scriptura Matt. 6 v 25. Ideo dico vobis ne solliciti vitæ animæ vestræ quid manducetis, neq corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quã vestimentũ. Hebr. 10 v. 35. Nolite itaq amittere confidentiã vestrã, quæ magnã habet remunerationẽ. S. Petr. 5 v. 7. Omnẽ sollicitudinẽ vestrã projicientes in eum, quoniã ipsi curæ est de vobis. 2. Credere Deum et noscere ejus summã Scientiã, Sapientiã, bonitatẽ, et potentiam, et dicere: non obligor confidere, est vana prostitutio proprii intellectus. 3. Fiducia in Deum est promotrix virtutis. Virtus habet multa et magna impedimenta superanda. Fiducia in Deum ea superare potest. —

9. Qualitates vere Fiduciæ. Fiducia nostra sit 1. Rationabilis. Non expectemus a Deo plus, quã justa vera perfectionũ ejus cognitionem, expectari ab eo possit. Non expectemus ergo a Deo miracula ñ necessaria, non expectemus auxilium, aut donum, ad finem malũ, ñ expectemus remissionẽ peccati absq emendatione ñ expectemus juvamen absq propria cooperatione; sed sic agamq quasi citra nos, et si confidemq quasi via a Deo degeneret. 2. Universalis respectu rei ipsius confidendum est in omni casu et circumstantia, tam quæ ad Spiritualia, quã quæ ad temporalia bona. Confidendũ est quod ad virtutem pietatis ~~du nobis bene cedit, quod novit~~ dabit, et olim vitã æternã donabit. Confidendũ est du nobis bene cedit, quod nos et porro prosperabit, du adversa patimur, quod nos liberabit. Respectu aliorum ita confidendũ est ñ sui tm, sed etiã aliis, domestici cor, amicis, omnibus bnis respectu 3. Immutabilis sicut Deus ipse immutabilis est. Confidamus omni tempore, etiam tunc, dum exigua spes apparet; du maxima ponunt obstacula, du diu differt auxilium. Sic cognovit Fiducia nostra qualis sit. 4. Semper voluntati divinæ subjecta: quia voluntati nostræ expediat id voli omniscio cognitũ est. —

10. Fructus Fiduciæ 1. Comparat favorẽ Dei. 2. efficit nos patientes in adversis. 3. addit vires ad tractanda etiã difficillima negotia. 4. probat hominibus. 5. mentẽ recedit semper tranquillã. Qui confidit dicit — Si consistant adversũ me castra, ñ timebit cor meũ. Ille solus in veritate dicere pt. Vi fratq illibata Orbis impavidum ferient ruinæ.

11. Impedimenta Fiduciæ 1. Mala conscientia, qua se gratia, et auxilio divino indignã reddit. 2. Fortuna malorum et calamitates justorum. 3. Dubia contra Dei providentiam. —

12. Media ad Fiduciã. 1. Tolle impedimenta. 2. Satage assequi perfectã cognitionẽ Dei, et convince te plene de illius omniscientia, potentia, bonitate, veracitate. 3. Memor esto sæpius protectionis divinæ quã experti sunt Patriarchæ, Populus Israel, Prophetæ, Christus et Apostoli. 4. Revoca in memoriã auxiliũ, quod tibi et aliis, du minime sperabat, sæpe jã allatũ est, probatio omnium. 5. Aspice exempla fidentium in Deum, in specie exemplar fiduciæ Christum.

13. Acquiescentia in Deo cum fiducia conjuncta est arctissime acquiescentia in Deo, id est probatio omnium quæ sunt, animus semper contentus. Eadem argumenta, quæ ad fiduciam habendam obligant, obligant etiam ad acquiescentiam. Acquiescentia est felicissimus qui tantum cogitari potest status.

Cam

O anima mea quando veniet illud tempus quo presenti rerum statu exuta, omnia a Deo venire, et optima esse perspexa, omnia probabis! S. Antonius

17. Media ad acquiescendum in Deo. 1. Convince te nihil fieri in hoc mundo, nisi quod divino est provisum consilio, omnia a Deo sapientissime et nonnisi in hmi salute administrari Sap 17. v3. Tua autem Pater providentia gubernat: quoniam dedisti et in mari viã et iter fluctus semitam firmissimam. 2. Cogita sepe exemplum Christi Matt. 26. v39. Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans, et dicens, Pater mi si possibile est transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. 3. Non tribue bonis temporalibus majus quam habent pretium. 4. Compera cupiditates tuas, et desideria tua, 1. Tim. 6. v 8. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur his contenti sumus. 5. divitiæ necessitates veras ab imaginatis et fictis, mala vera ab apparentibus. 6. Noria adversibus tibi majora merita quam habeas, et recogita bona quibus jam potitus es, et potiris. 7. Expende intellectum nostrum esse limitatum ita, ut nobis hac in vita multa incomprehensibilia esse debeant. 8. Expende hac in vita ñ eo omnia et singula mala evitabilia. 9. Recogita quam sepe jam id quod malum putabamus, postea bonum esse cognoverimus. 10. Memor esto vitæ æternæ in qua primo obveniet bonis competens remuneratio; ubi primum agnoscemus omnia quæ Deus fecit, fuisse bona quæ confitebimur q: grati: Omnia recte fecit

18. Inacquiescentia est animus Dei regimine non contentus. Improbatio Regiminis divini orit: 1. ex tenui cognitione Dei. 2. ex limitatione nostri intellectus. 3. ex nimia terrenor bonor æstimatione, 4. ex philautia 5. ex invidia 6. ex Superbia. 7. ex ignorantia veri et apparentis mali. 8. ex defectu amoris erga Deum. Hæc inacquiescentia vitanda est; quia ñ vera Dei cognitione et amore è incompatibilis; minuit amorem virtutis; gignit plura alia peccata, probet malũ exemplu, excruciat animum. —

Peccata Spei et Fiducia opposita

1. Confidentia in vano homine. Ordinata confidentia in homine, cujus cooperatione Deus ad promovendam creaturarum suarum felicitatem utitur ñ vetita vera et spes ipsa est. Totalis vero Confidentia in homine collocata, dum in eo, quasi in Deo quodam, et seposito Deo confidis, peccatum è. 2. Paral: 16. v 7. Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, et ñ in Dño Deo tuo: idcirco evasit Syro Regis exercitus de manu tua. Ps: 145. Nolite confidere in Principibus, in filiis hmn in quibus ñ è salus. Jer: 17. v 5. Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnẽ brachium suum, et a Dño recedit cor ejus. Benedictus vir qui confidit in Dño, et erit Dominus fiducia ejus. —

2. Diffidentia in Deo, dum Deum non in necessitatibus Nostris derelinquimus aut mala admissuri

amare

animæ pertinescimus. Ejus causæ sunt: ignorantia Dei, mala conscientia, quæ se auxilio divino indignam agnoscit, exempla pusillanimium. Cavenda est: quia indigna hinc Christiano: debilitat reverentiam, Amorem et Obedientiam erga Deum; Scandalizat proximum impedit propriam operationem: excruciat et reddit quodvis malum, duplo majus, viam æternitati desperationum. –

3. Desperatio est totalis defectus spei et confidentiæ in Deum. Committi potest hoc peccatum triplici modo. 1. Desperando veniam peccatorum propter eorum numerum et gravitatem. 2. Desperando vitæ emendationem propter vim malæ consuetudinis, propter vim concupiscentiæ, et magnam infirmitatem. 3. Desperando auxilium in necessitate. – Desperatio promanat ex ignorantia Dei, ex cauterizata conscientia, ex longa duratione mali, et non obtento expectato auxilio. – Desperatio est summa irreverentia in Deum, pessimum exemplum: via viliorum ad abyssum: funestissimus qui tantum cogitari potest status, Judæ proditore[m] fuisse tam diu, quod commisit, qua indulgentia desperatio fuit pœnitentiæ interim

4. Media contra desperationem. Ne venia peccatorum a te commissi desperes: Conare 1. assequi veram cognitionem Dei, cogita omnibus peccatoribus promissam esse veniam. Joani: 20 v 23. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, quorum retinueritis peccata retenta sunt. Isaiæ 1 v 18. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. lege sæpius Psalmum 102[um] revoca in memoriam a Scriptura ipsa commemorata exempla veniæ maximorum etiam peccatorum: Misericordia Dei, et miserationes ejus multitudine prosunt, neque numero criminibus. S. Basil: in Reg: brev: Credo mortuum esse Christum in remissionem peccatorum. Non est cur desperes, sed agnoscenda est misericordia Dei et commissa peccata detestanda, quorum condonatio prospexita est in sanguine Christi. S. Basil: ibi: – Ut vero neque tentatio desperantiæ veniæ unquam subeat conscientiam bonæ conversationis adlabora, ut lapsus non assurgere valeas. 2. Ne possibilitate emendationis desperes cogita potentiam gratiæ Matth 19 v 26. Respiciens autem Jesus dixit illis: apud homines hoc impossibile est apud Deum autem omnia possibilia sunt. cogita emendatos maximos licet peccatores: potuerunt hi et hæc cur non tu etiam? Ne vero unquam ad desperandam emendationis possibilitatem tenteris cave peccatum contemnas. 3. Ne desperes in necessitate, gerere curam bonam conscientiæ: hæc non desperat. Omnis inquies conscientia damnum adhuc peccatum vivit, aut peccat in spe, aut in desperatione S. Bernard: expende auxilia divina exempla, crede denegare Deum quando quod poscimus ex sapientissimo ratione

5. Præsumptio est nimia confidentia, dum plus quam contidere licet, confidit homo, aut in se ipso aut in Deo. In se ipso dum omnia tantum a se ipso, a suis viribus, a suo intellectu, prudentia, doctrina, dignitate, absq auxilio divino expectat. Causa hujus præsumptionis est ignorantia Dei: ignoratio hujus infirmitatis prosperitatis, superbia, –

Hæc

Hic præsumptio 1. adversatur Scripturæ in Deo confidere jubenti. 2. improbet directe a Scriptura Prov: 3. v. 5. Habe fiduciã in Deo ex toto corde tuo, et ne innitaris sidutiæ tuæ. 3. est irrationabilis. 4. est contemptus Dei. 5. est in raro etiã temporali felicitati noxia. Sit enim aspe quod directe per illam speratio successus frustremur, et vel ideo tantum magis affligamur. — Per veram Dei cognitionem, per humilitãtem adipiscimur et salvamur. In Deo dum exspectamus a Deo veniã et salutẽ, sine emendatione, vel veniã per veram ex pura caritate Dei amorem, usq; ad venerationem, aut infirmitatis tempus dilata emendatione; vel auxilium sine propria cooperatione seu usu mediorum. Prima duæ species hujus præsumptionis refutabuntur dũ de necessitate et in procrastinatione pœnitentiæ agit. Tertia est vera tentatio Dei. Matth. 4. v. 7. Non tentabis Dñũ Deum tuum.

Caput 3um Ama

1. Amor erga Deũ oritur ex vera ejus perfectionũ morali cognitione. Dum mihi Deum repræsento tanquã Patrẽ cujus voluntas sanctissima, et optima qui nobis sanctissima et optima præcipit, omnes vero Paterno amore complectitur, omnes per voluntatis suæ adimpletionem salvos fieri vult, omnes qui secundũ ejus voluntatem egerunt bona, æternũ salvabit; dum mihi Deus vix repræsentat mihi etiã ipsa mea ratio ut talem Deũ summe æstimem, ut in eo summã complacentiam habeam ut cor meum ad eum tendat, ut sanctam ejus voluntatẽ implere et per hanc adimpletionẽ ei placere studeam. Hæc æstimatio, hæc complacentia, hic conatus ad Deum tendendi, hoc studium sanctæ ejus voluntatẽ adimplendi, et per hanc adimpletionẽ ei placendi, est amor Dei. Hic amor, est amor rationalis, ab ipsa etiam ratione hui præceptus. — Amor sensualis qui per amœnas impressiones in sensus nostros factas excitatur, non est nobis præceptus, Deus enim noster non est sensualiter visibilis. Hic mihi dici posset, an hæc vera complacentia qua usus sum, non indiget aliquid sensuale? Ego puto quod vix possit cogitari et dari complacentia per intellectum excitata.

2. Divisiones amoris diversæ factæ sunt a moralistis, ut ex sequentibus nominibus patet: amor benevolentiæ, complacentiæ, amicitiæ, obedientiæ, desiderii, gratitudinis, amor initialis, actualis, habitualis, prædominans, intensivus, amor purus, mysticus, purus practicus perfectus, impurus, intensivus, imperfectus, pathologicus seu sensualis.

3. Ama Deum. Hoc est primum Christiani Religionis præceptum Matth 22 v 37. Marc. 12 v 30. hoc verbo: ex toto corde, ex tota mente sensus est: dilige sincerissime, omni studio et intentione.

Hic

His verbis inchoavit Dominus ut ad hæc omnis cogitatio, omnis voluntatis cordis torqueatur conformet, ut infallibili affectu amet Deum S. Aug: – Jubet hoc intellectus amare eum, qui amore dignus ē, et amare summo amore eum, qui amore dignissimus ē. Is autem ē Deus perfectissimus et nobis optimus. Deus charitas ē. 1. Joan 4. v 16. Quid diligamus, quod præ[illegible] diligamus, nisi quo nihil melius invenimus. S. Aug: Ep. 52 ad Maced: Charitas est essentia Christianæ virtutis, est viminarium virtutum est felicitatis virtutis. Nihil amantibus durum nullus labor difficilis, Amemus Deum et facile videbit difficile S. Hier: Charitas erga Deum, edisserat proximū quā plurimū. Est hoc præcepto complexi omnia nos ex amore Dei agere debere; Omnes itaq cautiones in Deum sunt referendæ hoc ē in omni actione, quam ponimus habenda ē ratio Dei, ejusq sanctæ voluntatis. Hoc agendo sunt omnia ad gloriam Dei. – Non requirit semper relatio actualis sed sufficit habitualis semper, ut nihil cogitet, et velit quod dilectioni Dei sit contrarium. Relatio actualis in omni actione, ī ē in præsenti vitæ statu facile impossibilis. Motiva ad amandū Deum: amor amit nos Deo Joan: 14 v 23. Si quis diligit me sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum et ad eum veniemus, et mansionē apud eū faciemus 1. Joan: 4 v 16. Deus charitas ē, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo. Comparat vera quietem et solamen animi etiā in adversis. Cadit nobis maximo honori: est enim signum indubium sani judicii nostri, quo rebus terrenis rectissime cautos præfertur. 4. Magna sunt ei præmia 1 Cor: 2. v 9 Quod oculus nō vidit auris nō audivit, nec in cor hūnis ascendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum. —

magis Pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se. Matt. 11. 24. Propterea dico vobis omnia quæcumq orantes petitis, credite quia accipietis, et venient vobis. Jacob: 1. v 6. Postulet autē in fide nihil hæsitans. 8. Voluntati divinæ subjecta. Matt. 26 v 42. Hæc est amicitia principalis 1 Joan: 5. v 14. Et hæc est fiducia, quā habemus ad eum: quia quodcumq petierimus secundū voluntatē ejus audiet nos. Nobis petentibus sæpe potest dici: nescitis quid petatis et hæc est causa verissima: quæ etiā nē eam deneget, exaudiat nos Deus. S. Aug: 9° Cum propria cooperatione connexa. Debita cooperatio, id est usus mediorū ex parte orantis virtutē orationis demonstrat. Petere a Deo humilitē, et nō operari ut humilis fias, est hypocrisis. 10° In Nomine Christi facta, id est omnia petunt a Deo per Xtū per quē nobis Pater omnia donavit et donat. Ideo terminat ecclesia etiā suas orationes his verbis: per Xtū Dm nostrum. Cogitationes quæ ad materiam Orationis nō pertinent vocant distractiones. Hæ imputari possunt in peccatū tunc, dū ex voluntaria inve u in causa. Voluntarias inve vimt, dū etsi eas advertamus, in mente colligere negligimus. In causa dū cor amore terrenorū amplectū et: tunc enim fit naturaliter ut mens distrahatur. Media contra distractiones optima vimt hæc: 1° Præparatio ad Orationē Eccles: 18 v 23. Ante Orationē præpara animā tuā et nōli ee quasi homo, qui tentat Deū, quæ in eo consistit, ut primo quā oret cogitet: quis vis? ad quē oret? et quid ab eo oret? Quomodo obtinebit quis, ut in oratione sensus ejus nō vagetur? vi certus sit adsistere ante oculos Domini? S. Basilius. — 2° Amor virtutis. Si amor virtutis cor tuū occupat, tū volabit te oratio, et nō invident tā crebro alia: vattem facilius advertentur et fugabuntur. — 3° Media ad non negligendā Orationem. 1. Expende frequentius præcepta. 2. Satage cognoscere tuas necessitates et infirmitates. 3. Recogita fructus Orationis. 4. Contemplare exemplum Xti, Apostolor et elector Sanctor omnū. 5. Non repræsenta tibi Orationē ut negotium grave, aut tale quod ad volos tuos vacuos velis. 6. Vita societatē cor, qui oranis orare vt. 7. Stude conservare bonā conscientiā: bona conscientia orat libenter, mala orationem refugit. 8. Ora ut det tibi a Deo Orationis Spiritus. —

8. Ora pro aliis. Pro illis quibus cū caritas unionis es. Act: 12 v 5. Petrus quidem servabat in carcere. Oratio autē fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deū pro eo. 1 Tim 2. v 2. Pro Regibus et omnibus qui in sublimitate ut quieta et tranquillā vitā agamus in omni pietate et castitate. 1 Thes: 5. v 25. Fratres orate pro nobis. Coloss: 1. v 9. Ideo et nos ex quā die audivimus nē cessamus pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia, et intellectu spirituali. Jacob: 5. v 16. Orate pro invicem ut salvemini. 9. Pro omnibus hominib orandū. 1 Tim: 2 v 1. 5. Obsecro igit primū, omniū fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Unus enim Deus, unus et Mediator Dei, et hominū homo Christus Jesus. Hæc intercessio est sequela, et simul etiā corroboratio charitatis erga proximū, Deo maxime grata 1 Tim 2. v 3. Hoc enim bonum est et acceptū coram salvatore Nostro Deo. Ut autē Orationes pro aliis Deo acceptæ esse possint, requirit 1. Ut dū pro omnibus fiant, nemo ex iis minime quibus excipiatur. 2. Ut cor nō odio odii, vel etiā invidia liberū sit. 3. Ut præmuniamur ejus præsidio bona spiritualia Philipp: 1. v 9. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu. 4. Ut adsumme bonum dei nitamur etiā ex parte nostra cooperemur. —

De

De Jure jurando

1. Juramentu ē invocatio Dei in testem ne confirmationem veritatis, vtq; 1. Assertorii v promissorium. 2. Solemne v simplex. 3. Formale cum; vt. Materiale absq; deliberatione factum. 4. Corporale quod corporales quasdam actiones comitant; eg: elevatio manus &c: —

2. Finis Juramenti Qui jurat, eo fine jurat, vt dicto suo conciliet fidē. Qui juramentu profert eo fine, vt de veritate dicti, aut facti magis asseurat. Credi enim vix potest, quod homo Deum videns, eo tempore quo eum omnisciuum, omniverauem, omnipotentem et justissimū in testem invocat, et se ejus justissimis ipsius subjicit, mentiat, eorum verbor: sic me Deus adjuvet. veneus ē: hac tm conditione si veritatem loquar, nr de juvet. —

Si omnes hmes vere pes fuissent, et essent veraces, juramenta n fuissent, nec essent necessaria. —

3. Perjurium ē juramentum, quo falsitas dicti, aut facti confirmat, aut id q̄d complere n vis, v implere te n posse novisti, tn promittit, aut tempore subsequo, et si implere possis, tamen n implet. Alii distinguunt inter pejeratione, et perjurio, pejeratione p juramento falso, perjurio vo p falsatione juramenti munit.

4. Et nec licitu jurare? Licitu ee patet. 1. Ex Dei ipsius præcepto: Deutr: 6 v 13. Dnm Deu tuu timebis, et illi soli servies, ac per numen illius jurabis. Exod: 22 v 11. Jusjurandum erit in medio, quod n extenderit manu ad rem proximi sui; vnusquisq; Dnus juramentu, et ille reddere n vogt: quod a Xto sublatū n ē Matth: 5 v 17. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut Prophetas n veni solvere &c. 2. Ex Xti exemplo Matth: 26 v 63 & Jesus autem tacebat, et Princeps sacerdotu ait illi; adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei vivi? Dixit illi Jesus: tu dixisti veruntn dico vobis: amodo videbitis Filiu hmis sedentem a dextris virtutis Dei et venientē in nubibus cæli. 3. Ex exemplo Apostor Rom: 1 v 9. Testis enim mihi Deus cui servio in Spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriā vestri facio, 2 Cor: 1 v 23. Ego aute testem Deum invoco in animā meā, quod parcens vobis n ultra veni Corinthu: n quia dominamur fidei vestræ; sed adjutores sumus gaudii vestri: nam fide statis. — Matth: 5 v 34. Ego autem dico vobis, n jurare omnino, neq per cælu quia thronus Dei est. Neq per terrā, quia scabellu pedu ejus est; neq per Jerusalē, quia civitas est magni Regis est Jacob: 5 v 12. Ante omnia autē fratres mei nolite jurare neq per cælu, neq per terrā, neq aliud quod juramentu, n prohibent juramenta indiscriminatim, ut Quakeranani putant; sed prohibent tm juramenta frivola, et diaphona, quibus Judæi uti solebant; propter quæ ja Romani: quod Judæis nulla fides haberi possit, conquesti sunt. — Dei aut propria, aut proximi salus, aut ecclæ communis, id exigit, n solu licitum est jurare; sed peccatu est non jurare. —

5. Conditiones juramenti 1. Fieri debet per invocationem Nominis Dei, sive eluceat ex ipsa definitione vis. Deut: 6 v 13. Hebr: 6 v 16. Homines enim per Majorem sui jurant, et omnis controversiæ eor finis, ad confirmationem est juramentum. Nemo enim alium præter Deum omniscium, omnipotens, et justissimus ē, cujus pœna timenda sit. Quia vero jurando per creaturas primis pa

vogtal

cogitat Deus, ad quam referunt, ergo et per eam jurando, jurat per Deum, Matth: c. 23. 16. Vae vobis duces cæci: qui dicitis: quicunq jurauerit per templu nihil e: quicunq jurauerit in auro templi debet. Stulti, et cæci, quid enim majus e? aurum, an templu quid sanctificat aurum? 2. Sit deliberatum. Qui usu rationis destitutus est jurare non potest. Iuramentum ex pura consuetudine, et impresse meditate prolatum, reatus quidem est, sed non vere juramentum. 3 Justum: res quæ juramento promittit, debet esse moraliter licita. — 1. Verum. Id tantummodo juramento firmandum est, quod ita se habere certo scimus; illud tantum promittendum, quod implere possumus et volumus. Id quod nobis dubiu e juramento firmare n licet. — Ad veritte pertinet etia in jurando. sumant verba in communi significatione, in qua etiam ab ee, qui juramentum imponit sumunt. Jurandu e in animu imponentis. Id exposcit Juramenti natura, et finis. Reservatione ergo et restrictiones admitti nequeunt. 5. In gravi nonnisi causa et semper maxima cum veritate fiat, et reverentia. Est enim ut ipsa definitio ostendit summus Religionis actus. Dum nullum aliud medium de veritte se asseverandi suppetit, tum primo juramento locus esse deberet. — Omnes hæ conditiones ad has tres Jer: 4. v. 2. expressas revocari volunt: in veritatem justitiam et judicium. Per judicium autem n tã forum judiciale, quam potius discretionis seu deliberatio et gravis causa intelligit, ita S. Tom: 2. 2. q. 89. a. 9.

II. Vitandum Perjurium. 1. Illud Prohibet Scriptura Lev. 19. v. 12. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Matth: c. 23. Iterum audistis quia dictum e antiquis: non perjurabis. Reddes autem Domino juramenta tua. 2. Docet hoc summa, qua Deo debetur et qua etiam a prudentibus promovenda e reverentia. Exod: 20. v. 7. Sanctificamini et estote Sancti: quia ego sum Dns Deus vester. Perjurii est summa quia deliberata in Deum irreverentia, vera blasphemia, maximum, dum invocavit scan dalum. 3. Lædit id bonum commune. Iuramentum est necessarium et efficacissimum conservandæ mutuæ confidentiæ remedium. Hoc medium perjurio recidit inutilium. Donamus luxe perjuria, et jam corruit felicitas societatis humanæ. 4. Perjurio precamur. 1. in Judicem et potestatem, quam decipimus. 2. in proximum, quem contemnimus et lædimus. 3. in Nos ipsos; partim quia dignitatem nostram qua nobis qua hominibus competit annihilamus, ipsi enim nos a prudentibus nosmetipsos contemnere debemus; partim quia propriæ felicitati quam plurimum nocemus ut ex sequentibus videre e. His ex causis perjuria omnibus nationibus cultioribus maxime semper abominationi erant et hucusq sunt. Perjurium adeo malum magnum est ut etiam illi qui lapides adorant, per lapides jurare timeant. S. Aug: Ser: 108. de verb: Apost. His ex causis adnumeratur etiam a Scriptura maximis peccatis. 1. Tim. 1. v. 10. Quo levior est perjurii causa, et quo magis deliberatum est, eo gravior em reatum infert.

7. Motiva ad vitandum perjurium. Perjurium turbat cordis tranquillitatem: reus enim habet sibi continuos conscientiæ remorsus, præsertim tempore calamitatis. Imminuit amorem, et confidentiam in Deum, cujus vindicta timet. Inde fit quod perjuri communiter non solum pejores evadant, sed facillime etiam ad irreligionem delabantur. 3. Divina justitia pœnas evadere non potest. Zachar. 5. v. 3. 4. Hoc est maledictio, quæ egredietur super faciem omnis terræ, quia omnis fur secundum eam, quæ scripta est, judicabitur, et omnis jurans eadem ex parte similiter judicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum, et veniet ad domum furis, et jurantis in nomine meo mendaciter: et commorabitur in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus. 4. Detecti adhuc manent infamiæ notam; privat confidentia, et severe punit. 5. Mortem reddit averbam; etiam emendatum tamen adhuc in morte anxietatem causat. —

Motiva a vero scelerosis perjurantem hac in vita pœnis desumpta caute utenda esse juste: ne si non sequantur malis plus adhuc juramenta temnendi occasio, bonis vero dubitandi subministretur: ne dicant cum Scripta: esse Deus videamus fidem juratam fefellit, et fauces illi quæ fuit ante manet. Caute dico: nam ut plane motivi hinc emittat.

8. Causæ perjurii sunt ignorantia, mentis levitas, commoda privata, irreligio, etiam facilitas absolutionis.

9. Media ad vitandum perjurium. 1. Expende vero gravitatem hujus peccati. 2. Studeque vindictam Dei Majestatem semper magis ac magis agnoscere. 3. Laborare ut privatim intense amas: nam qui amare amat, non facile perjerabit. 4. Satage cognoscere vera temporalium pretium ne lucrentur. 5. Recogita sæpius sæpius tristissimas perjurii sequelas. 6. Cogita quamdiu non emendat perjurium, tamdiu ejus venia sperari non potest. 7. Quia arcta sit ejus emendatio. 8. Suspende quod de alio, qui in te perjurus esset judicares. 8. Præsertim quia pares recogita quia magna res juramentum sit? Cogita Deum, mortem, æternitatem. — Ceteri ad impediendum numerum perjuriosum multum confert 1. Determinatio specialium casuum, in quibus ad deponendum juramentum admittendum sit hmus. 2. Formula quæ tenor ad movendum animum casuum. 3. Publicitas. 4. Solemnitas. 5. Exclusio irreligiosorum. —

10. In quibus casibus cesset obligatio implendi Juramentum promissorum? 1. Si res juramento promissa moraliter mala est: tale juramentum ipso in se illicitum. 2. Si idem objectum ipsi impossibile. 3. Si conditio juramento adnexa fuit, aut necessario subintelligi debuit, et postea a quo exceptum fuit, re vera evenit. 4. Si juranti debitum rationis usum non habuit. 5. Si in ejus promissio facta est, ab ea absolvat.

11. Quo abstinendum sit de juramento ex pura mentis levitate aut assuetudine in vita communi jurandi. Est quidem etiam verba judicii jurare licitum, dicit ingravis exposcit causa. Rom. 1. v. 9. Testis enim mihi Deus cui servio in spiritu meo, in Evangelio filii ejus, quod sine intermissione mem

memoriâ vestri facio. 2. Cor: 1 v 23. Ego autem testem Deum invoco in animâ meâ quod parcens vobis non veni ultra. nullo enim in Deum hic committit irreverentia. Ast convertendo minima quavis ex causa fugiendi, peccato minime caret, Observat enim 1. Doctrina Christi Matth: 5 v 37. 2. erit veniæ signum minoris reverentiæ erga Deum, et minuit eâ veniæ pars magis aut magis. 3. disponit facile ad perjurium: Nemo è qui frequenter jurat, quin aliquando non perjuret; vicit qui convertit multa loqui, aliquando loquitur in peccatum S. Chrys. Homm in Matth 5. 4. Dat alijs malum exemplum.

12. Media ad dejuvenda hunc malum conveniunt. 1. Cæpende ab ipsius Monitis Matth Matth 5 v 37. 2. recogita omni die mane Majestatem Domini. 3. sui veniæ proposita, 4. invigila linguæ. 5. facto proposito imponere tibi aliquam pœnitentiam. 6. Objecta amici qui eorum admissi admoneat. 7. Vita quantum fieri potest. convertia temere juraturum.

De Confessione Religionis

1. Per Confessionem Religionis intelligit exterior manifestatio fidei coram alijs, v. gr. christionis v. in Christum non credentibus. Confessio quæ cum vitæ amissione conjuncta, vocat martyrium.

2. Confitere Religionem 1. Coram Christianis: jubet hoc Scriptura in omnibus illis locis, in quibus nos Sacros Conventus frequentare mandat, in specie vero Rom: 10 v. 10. Corde enim creditur ad Justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Novit hoc reverentia ad salutem erga Deum, et Jesum Christum. Veritatis debita æstimatio. Salus proximi, qui hac confessione confirmat.

2. Etiam coram non Christianis, si a legitima potestate interrogaris, etiam si profectus hanc confessionem jactura bonorum, imo vitæ ipsius sufferenda sit. 1. Mandat hoc expresse Scriptura Matth 10 v 32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Luc. v 26. Namque me erubuerit et meos sermones; hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in Majestate sua, et Patris et Sanctorum Angelorum 12 v 8. 9. Dico autem vobis: omnis qui confessus me fuerit coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 1. Petr: 3 v 15. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. 2. Tim: 2 v 13. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. 2. Requirit hoc amor erga Deum, et Jesum Christum, qui debet ei prædominare, et hac confessione, ut talis demonstratur. 3. Amor erga alios, qui hac confessione delinquant, ab re gaudere vero scandalizantur. Constantia Martyrum ipsos etiam movit gentiles. Valentinianus S. S. Instit. S. Justinum ad amplectendam Religionem Xnam perduxit. Just Apol: 1. 4. Salus communis. Religio est maxima salus Reipublicæ Constanti ejus Confessione roboratur et promovetur ejus æstimatio, pretium et salus Civitatis.

Pœna quæ per hanc Confessionem admittunt, recompensantur per Majora Matth 10 v 36 et 39

et minimis

Et inimici hmis Domestici ejus. Qui invenit animam suam, perdet illa: et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Luc: 18. v 28. 29. 30. Ait autem Petrus: ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres aut uxorem, aut filios propter Regnum Dei, et non recipiat multo plura in hoc tempore, et in seculo venturo vitam æternam. 2. Tim: 2. v 12. 13. Si sustinebimus et conregnabimus, si negaverimus et ille negabit nos. 4. v 7. 8. Bonum certamen certavi, cursum consummavi fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi in illa die justus Judex, non solum autem mihi, sed et illis qui diligunt adventum ejus.

Hæc Confessio autem semper cum decentia et Modestia erga legitimos Magistratus facienda est.

De Zelo Religionis

1. Zelus Religionis est pervidus conatus, cognitionem Religionis, amorem, virtutis ejusque inter alios propagandi. Hic zelus naturalis est effectus reverentiæ, et timoris erga Deum, et veri amoris erga Proximum. Indifferentismus circa id, quid alii credant, est ei directe oppositus. – Non est tamen omnis zelus laudabilis. Ut Deo probetur sequentes habeat notas, seu qualitates.

2. Ejus qualitates 1. Sit secundum Conscientiam: nam cognitio nostra, quam propagare volumus debet esse vera Rom: 10. v 2. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habeant sed non secundum scientiam. 2. Ex sancta intentione procedens, ex reverentia et timore erga Deum, et Proximum exortus, nihil aliud nisi propagationem veritatis et virtutis spectans. 3. Prudens, qui convenientia media adhibet et opportunitatem circumstantiarum observat. 4. Mansuetus qui Spiritu ipsius Christi Domini imitatus. Luc. 9. v 55. 56. Et conversus increpavit illos dicens: nescitis cujus Spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere sed salvare. Quem aut hypocriticum provocavimus, et zelus rabiosus Deo probari nequit.

Pars Tertia
De Officiis relate ad se ipsum
Sectio Prima
De Officiis internis

1. Amor sui est desiderium, et conatus felicitatem suam promovendi. Hic amor est vequela necessaria æstimationis sui ipsius, cujus fundamentum est cognitio sui ipsius. Hic amor sui ipsius est nobis 1. Connaturalis Ephes: 5. v 29. Nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam. 2. A Christiana Religione quæ tota ad felicitatem nostram tendit, jam hoc ipso præsupponitur. 3. A Christo ipso Matth 22. v 39. ut norma amoris erga proximum commendatur. –

2.

2. Qualitas amoris erga se ipsum. Non omnis, sed tantum recte ordinatus amor sui ipsius probari potest. Recte ordinatus est ille, qui 1. ante omnia alia virtutem, et talem tantum felicitatem, quæ cum virtute consistere potest sectatur. 2. Amorem erga Proximum in se includit juxta illud Matt 22 v 39. Philip: 2. V. 4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. –

3. Cognitio sui ipsius. Hanc amor sui præsupponit. Hæc cognitio consistit in eo, ut noverca quid? quis sis? quas prærogativas? quas vires? quas perfectiones habeas? quibus motivis ad recte vivendum incitaris? quæ tibi adhuc desint perfectiones? cur perfectior non sis?

Cognoscendo se ipsum agnoscitur: —

I. Magna dignitas hominis. 1. Dignitas naturalis quæ consistit a in prærogativis corporis. b in prærogativis animæ – Homo est vera imago Dei, aller quasi Deus inter creaturas.

II. Dignitas Supernaturalis. Hanc constituunt Specialia Dei beneficia a Beneficia per Christū humano generi collata b Spes participandæ in æternum gloriæ Christi. 1. Joan. 3 v 2. Charissimi nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniā cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. c Gloria resurrectionis corporis 1. Cor: 15 v 42. Sic et resurrectio mortuorum, seminatur in corruptione, resurget in incorruptione. Philip: 3 v 21. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, quo etiam possit subjicere sibi omnia. Quis considerata hac dignitate non exclamat! Sancta elatio animi homine dignā!

II. Sancta elatio animi est sui ipsius æstimatio, quæ ex vera cognitione excellentiæ suæ exoritur. Sancta est 1. si nos ad vitanda omnia ea, quæ indecens nostrū sit, excitet. 2. si ad vivendum dignitati nostræ conformiter extimulet: = Agnosce ô Christiane dignitatem tuam, et divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. S. Leo Pap: Ser. 1. de Natiū Dom: Dignitati Nostræ conformiter vivimus, tum, dum, sui cogitare, sui sentire, sui aspirare, sui agere admittimus, ut hominem ratione præditum, et a Deo edoctum, ad æterne vivendum destinatū cogitare, sentire, aspirare, agere, tolerare exspecit. 3. si nobis ad superanda obstacula et insuperabilia virtutis animum roboris addat. 4. si ne zeroi hujus simus comparati. 5. si ad æstimandos etiā alios hinc quia æquale nobis cū dignitate possident instamus. Hæc omnia simul sumpta dicuntur dignitas hominis acquisita; absq quia nec dignitas naturalis nec supernaturalis nec suprema prodesse aliquid potest. Ex vera sui cognitione, non solum æstimatio sui, sed etiam humilitas, per quam æstimatio limitatur inæquissentia in se ipso, et sui ipsius abnegatio, promanant. —

5. Humilitas quæ est limitatum de nostris prærogativis judicium. Judicii hujus ratio est.
1. quod omnes prærogativas nostras dona Dei sciamus. 1 Cor: 4 v 7. Quis enim te discernit? Quid autem habeas quod non acceperis? Si autem acceperis, quid gloriaris quasi non acceperis?
2. quod nobis etiam imperfectionum conscii simus 1 Joan: 1 v 10. Si dixerimus quoniam non peccavimus; mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis. —
Effigies hujus humilis. Humilis dnus 1. Prærogativas suas contra veritem n negat. 2. plus quam verum sit sibi non tribuit. 3. Deo omnia in acceptis refert. 4. Imperfectiones suas sibi non celat. 5. earum memor alte de se non sentit et se non extollit. 6. neminem despicit. 7. Cuilibet competentem reverentiam exhibet. Talem humilitatem conspicimus in Apostolo 2 Cor: 11 et 12. Capitibus 1 Cor: 15 v 9. 10. Ego enim sum minimus Apostolorum qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum. et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: nego autem sed gratia Dei mecum. — Non convixit ergo humilitas Christiana in prærogativas suas abnegatione, imperfectionum, quas non habemus appropriatione, affectata quadam vilitas et vocabulorum demissione de —
6. Moderatio id est discretio filia est humilitatis, est temperatum de propriis, et æquum de aliorum prærogativis judicium, eig convenientis agendi modus.
Effigies Moderati humilis. 1. Pretium sibi majus quam sit non facit. 2. de Prærogativis suis, si loqui non adigatur, silet. 3. plusquam oportet de illis n narrat. 4. Sorte sua contentus est. 5. Aliorum Prærogativas agnoscit. 6. de aliis indulgentius judicat. 7. in serviendo se potius aliis existimat. Philip: 3 v 3. Nos enim sumus circumcisio, qui Spiritu servimus Deo, et gloriamur in Jesu Jesu, et non in carne fiduciam habentes. 8. Etiam erga eos superiores, quos defectus, et debilitatem novit, reverens est, et vicios eorum coram aliis non exaggerat. 9. inferioribus ita conversatur, ut etsi eum superiorem esse sciant, tamen non sentiant. —
7. Esto humilis. Ad humilitatem obligat singulos quosq. 1. Præceptum Scriptura Philip: 2 v 3. Nihil per contentionem, neq per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes. Colos: 3 v 12. Induite vos viscera electi Dei, Sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, 1 Petr: 5 v 5. Similiter adolescentes subditi estote veneribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. — 2. Exemplum Christi Matt 11 v 29. Tollite jugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris Philip: 2 v 5. et seq Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset &c. Sed semetipsum exinanivit &c. Humiliavit semetipsum &c —

B.

3. Ratio, quae aliter nisi ut veritati consonum est, sentire, indulgere non potest.
4. Obligatio ad virtutem obligat etiam ad humilitatem: est enim humilitas fortis exercitium ad se magis perficiendum: est mater virtutum est pronissima exsamandum Deum, ad confidentiam, ad obedientiam, ad gratiarum actionem, ad vigilantiam, ad mansuetudinem, ad offitiositatem &c Hac ex causa dixit S. Aug: Si centies interrogaveris, quae sit prima virtus Xni, dicam semper humilitas. Et S. Gregor: L. 26. Moral: Origo virtutis humilitas est.
8. Motiva ad humilitatem. 1. Conciliat Conciliat Dei favorem Luc: 14. v 8. Cum invitatus fueris ad nuptias ñ discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo. 18. v 10. 14. Duo hñes ascenderunt in templum ut orarent unus Pharisaeus, et alter Publicanus. Dico vobis: descendit hic justificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitr. Jacob 4. v. 6. Majorem autem dat gratiam. Propter quod dixit: Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Syr: 2. v 4. Omne quod tibi applicatum fuerit accipe: et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe.
2. Lucratur favorem hominum, et vi quavis magnatica patientiam habe, attrahit cor a Deus est, qui posset non esse bonus humili? ideo impletur corpus jam et in hac vita illud xti dicti: qui se humiliat exaltabitur. Job. 22 v 29. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria et qui inclinaverit oculos ipse salvabitur. —
9. Media ad humilitatem a expende saepius obligationem, et Motiva. b. memor esto saepe hujus quid habes quod non accepisti? c vatage te noscere et contemnas quam verum sit illud Galat. 6 v 3. Unusquisq enim onus suum portabit Jacob 3. v 2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir: potest etiam freno totum circumducere corpus.
c. Aspice saepius eum, qui se usq ad mortem humiliavit. e Vince te et perfer ex professo humiliationem, quam quandoq patimur etsi eam ñ mereamur. f. Fuge Adulatores. g Fuge elationem sortia Superborum. h non fuge inferiorem. i Non comparate eum illis, qui te pejores sunt ne et tu gratias agas quod non sis sicut Pistori k. Cogita rerum terrenarum caducitatem, cogita mortem l. Si perfectus tibi videris recordare priorum peccatorum et ejus Monita. 1. Cor: 10 v 12. Itaq qui se existimat stare, videat ne cadat. Galat: 6. v 1. Fratres etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum ne et tu tentaris. m Ora ut det tibi a Deo Spiritus humilitas.
10. In acquievientia in se ipso. Non illam hic cogita in acquiescentiam, cujus causa temperamentum hypochondriacum, aut corporis aegritudo aut calamitas aut aliorum fallacia, aut non adepta vota esse solent. Hic sermo de illa inacquievientia, quae ex cognitione imperfectionum suarum oritur, dum nempe: ideo in nobis non acquiescimus, quia nedum ii, qui esse debemus sumus

Ita

Hæc inacquiescentia, est vera tristitia secundum Deum 2. Cor: 7. v. 10. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur, est valde salutaris: quia nos excitat ad emendationem, ad indulgentiam, et misericordiam erga errantes: quia et Nos nobis operis, quos portamus omnium.

II. Abnegatio sui ipsius. Cognoscendo nos, cognoscimus etiam magnam vim concupiscentiæ, quæ vincenda necessario est, si ad virtutem eluctari velimus. Hæc Victoria de concupiscentia relata est abnegatio sui ipsius. Aliis verbis definiri ita potest= Est moderatio seu frenatio concupiscentiæ per intellectum, et religionem, ne dominium acquirat, et legem divinam transgrediatur. Aut etiam ita= Est abstinentia a illicitis, ad quæ concupiscentia incitat, et tolleratio malorum ex amore virtutis=

Hæc duo Abstine. Sustine, sunt in abnegatione sui essentialia. Abstine ab omnibus, Sustine omnia potius, quam contra Dei legem peccare. Concupiscentia allicit ad luxuriam, ad avaritiam. Abstine pecuniæ, honores, omnibus quibus potes: Abstine. Virtutis causa patiendum est: Sustine. Infortunia, Infirmitates, paupertas &c: tolerandæ sunt: Sustine! — Ex hac definitione apparet ad abnegationem sui ipsius minima requiri, ut stimuli naturales tolerabiles sufferiantur, via bona temporalia et gaudia sensualia contemnantur; omnis sanitas vitetur, ergo corpus nimis rigide curandum est.

II. Abnegate ipsum. 1. Jubet id Christus Matth. 16. v. 24. Si quis vult post me venire abneget semetipsum Luc. 9. v. 23. 24. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam Rom: 8. v. 12. Ergo fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem vivamus Galat: 5. v. 24. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis, Coloss: 3. v. 5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram &c: 2. Jubet ratio, quæ ratione ideo enim Superior est ut sensualitati dominetur. 3. Absq; sui abnegatione impossibilis est virtus. Ideo abnegatio sui dicit: Officium Officiorum, disce sui imperare. Subtibi, Intellectus tuus sensualitati.

III. Media ad abnegationem sui ipsius. 1. Expende vestrum obligationem, 2. Considera tristissimas sequelas, si officium hoc negligat: Observa primum quemq; inordinatos Concupiscentiæ motus. 4. disce te abnegare in rebus minoribus. 5. Satage cognoscere verum rerum temporalium pretium. 6. Cogita quam sæpe abneget se honor amittat aut decori gratiæ? 7. Sum vel maxime dum concupiscentiæ ad malum aliud moveri esto dignitate tua. 8. Considera omni die dictum Filii: Quid prodest homini, si mundum universum lucretur &c. 9. Intuere vestrum exemplia Patriarchar Abrahæ, Isaac, Jacobi, Josephi &c. exemplia Apostolor et aliorum. 10. Sæcularia proposita concupiscentiæ resistendo. 11. Nimium hoc præceptum esse impossibile. Velis illum et orare. = Durum videtur et grave quod Deus imperavit ut si quis vult eum sequi, abneget semetipsum. Sed non est durum et grave quod ille imperat, qui adjuvat, ut fiat quod imperat. Quidquid grave est in præceptis, ut fiat hoc charitas facit. Novimus quanta amor fecit. — Quanta dura homines passi sunt, quam indigna pertulerunt, et intolerabilia, ut pervenirent ad id quod amarunt. S. Aug: Serm 96 de divers: alibi 45.

Vitia vera sui Amori opposita

1. Philautia est illi Solipsismus qui est extremum sui tantum cultus in omnibus quæ agimus respectus: dum nempe in omnibus tam nosmet ipsos quærimus, nosmetipsos pro suspicimus: Cujus filiæ sunt Philautia et sui tantum commodi studium. —
Philautia est illimitata in se ipso complacentia, seu amor sui cultus. Hic suos tantum videt prærogativas, et complacet sibi in illis plus quam nimis, se omnibus aliis antecellere judicat, defectus suos, ut amore prolium excæcata mater, aut non videt, aut excusat, magna sua errata extenuat, parva merita augel, sui tum ipsius plena in omnibus sibi ipsi plaudit, et admirari postulat.
Hoc vitium cavendum. Est enim 1. cum sano intellectu incompatibile. 2. Omnem virtutem commaculat. 3. gignit multa peccata: contemptum proximi, jactantiam, invidiam detractionem odia &a: 4. emendationem aggravat: imo vix id impossibilem reddit. 5. Turbat mentis tranquillitatem, dum quod sæpissime fit, finis suos non consequitur. 6. Aliis animos reddit sibi offensos.
Sui tantum commodi studium pariter cavendum. Hoc vitium 1. admittit omni virtuti pretium. 2. Est omnis objectionis omnis veteris luci gratia capax. 3. Bono communi etiam ex hac parte pernitiosum, quod ab omne obsequium et officiositatis genus sibi nihil sperandum est, sit invisissimum. Merito proinde semper abominandum et semper abominatum. Scriptura docet Solipsismum Rom: 15. v. 1. 2. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. 1. Cor: 10. v. 33. Omnibus ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salvi fiant 13. v. 5. Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt non irritatur, non cogitat malum Philip: 2. v. 4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. 2. Petr: 2. v. 10. Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, Dominationem contemnunt audaces, sibi placentes, verentur introducere blasphemantes.
2. Superbia quæ est nimia sui ob prærogativas suas cui alios contemptui conjuncta æstimatio, tumor animi inflati. Superbus plenus est se ipso, nullum sibi præbet in etiam externe facie, gestu, gressu, &c. quam alte de se sentiat, spernit alios ubique vult honorari, non desipit facile. — —
Ejus causæ sunt 1. Defectus veræ cognitionis sui ipsius. Unde illud proverbium – Non novit se pro Superbia – 2. erroneum judicium de valore suarum prærogativarum. 3. Erronea idea honoris. 4. educatio: dum puero jam nimis præ aliis eminentia deblateratur & Adulatores. 6. Quandoque etiam non promeritus contemptus, quem ab aliis experimur, ad superbiam irritat. –

Fugienda Superbia

1. Quia id expresse præcipit Rom: 12. v. 3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei 1 Tim. Nulli malum pro bono reddentes, providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. – —

2.

2. Quia adversatur vano intellectui est certe vera insipientia. Vel enim Superbis ob prærogativas, quas ipsa possides, vel quas tibi tantum imaginaris. Si eas possides: stultum est superbire ea, quod est alterius donum. - Id autem sunt omnes nostræ prærogativæ, sanitas, pulchritudo, divitiæ dignitates, talenta, scientia &c: 1. Cor: 4. v. 7. Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Si tantum imaginaris: adhuc stultius est superbire ea quod non est. -

3. Quia est impedimentum virtutis a impedit emendationem: Superbus errores suos non videt, bonum se esse judicat, et doctrinis aliorum obedire renuit: quomodo ergo potest emendari? Est scaturigo multor peccatorum. Ex ea emanat præsumptio, vana gloria, jactantia hypocrisis, inobedientia, pertinacia, detractio, Contumelia, despectio aliorum, invidia, contentiones, ira, odium, Vindicta, Ultipensio superiorum, tyrannis erga Inferiores &c: Radix omnium malorum, et Regina omnium Vitiorum Superbia est, de qua Scriptura attestante dicit Initium omnis peccati Superbia S. Greg: 4. Moral. Præterea Superbia hi effectus funesti. -

1. Quia Deo est abominationi Proverb: 16. v. 5. Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit non est innocens. 2. 16. v 18. Vos estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum 18. v. 9. Dixit autem et ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi et aspernabantur cæteros parabolam istam. 1 Petr: 5. v 5. Omnes autem invicem humilitate insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. -

5. Turbat mentis tranquillitatem: vapæ enim honorem quæ quærit non assequitur quem nova parit afflictionem.

6. Est exosa hominibus: quis enim superbum ferre potest? unde illud Proverbium Sordet præ Superbia imo nec ipse superbus superbum ferre potest. Omnis fere vitiosus diligit sibi similem; solus superbus odit latus: unde inter superbos semper et jurgia Prov: 13. v 10.

7. Præcedit communiter lapsum. Aut labit superbus ex nimia in se confidentia in peccatum quod ignominiam causat; aut humiliatur et cadit ex altiori loco per alios, et ita impletur sæpe jam in hac vita illud Prov: 16. v 18. Contritionem præcedit Superbia, et ante ruinam exaltatur Spiritus Luc: 18. v 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur. -

Media ad evitandam Superbiam

Præter Motiva humilitatis, et recensitas superbiæ causas, de quibus jam superius dictum 1. Revisite in ipsa origine - Vitium Superbiæ ab ipsa radice secandum est, ut quod latenter erit, tunc vigilanter abscindatur, ne profectu vigeat, nec usu roboretur. S. Greg: 4. Moral: 2 Recogita quam abominabilis sit tibi in alio Superbia. 3. Considera quam pauci hominibus tuæ prærogativæ notæ sint: forte in prossimo, nec ate longe disito loco sunt quoquo quis vis? aut quid vis? imo forte nec in loco in quo moraris 4. Cubitus te conferendo cogita

cubare

cubare tecum superbiam tuam. Nascendo, dormiendo, moriendo omnes sumus aequales
S. Francisco Mortuarium perpende: hic est omnis distinctionis finem. Coram Deo
autem sola distinguit Virtus. De divitiis et floribus, et Majorum Nobilitate te jactas, de vultus
„ et pulchritudine corporis, et honoribus, qui tibi ab hominibus deferunt, te exaltas, respice
„ te ipsum, quia mortalis es, et quia terra es, et in terram ibis: circumspice eos, qui ante te sydereis
„ fulsere splendoribus. Ubi sunt quos ambiebant Civium potentatus? ubi insuperabiles
„ Oratores? Ubi qui conveniendum festa disponebant? ubi equos splendidi nutritores? Ubi
„ exercituum Duces? Ubi Satrapae et Tyranni? nonne omnia pulvis, nonne omnia favilla? Nec
„ in paucis versibus eorum vita memoria est? Respice Sepulchra et vide quis vermis? quis Dnus?
„ quis Dives? Discerne vispotes vitii a Rege, fortem a debili? pulchrum a deformi? Memor
itaq tui esto ne extollaris: memor autem eris, si te ipsum respexeris. S. Prosper. in suis Sent.
6. Exerce quandoq actu humilitatis ex professo. S. Gratias age Deo frequenter pro ejus beneficiis.
Memoratu digna est hac in re S. Augustini Sententia L. 14. de Civ. Dei. Audeo dicere. Superbis
esse utile, videre in aliquo apertu et manifestu vitiu, unde sibi displicant, quia ja sibi placendo occiderunt.

Humilitas Spuria

Spurie humiles sunt 1. illi, qui bonas qualitates quas habent habere se negant, ad omne malum
se inidoneos profitentur, et vel adeo sibi solis vivunt: addunt etiam defectus sibi fingunt.
Horum humilitas adversatur directe, veritati expressis praescriptis Christiana Religionis
de impendendis donis Dei in utilitatem proximi Matth 25 v 14. Sicut enim homo pe-
regre proficiscens, vocavit servos suos et tradidit illis bona sua 1. Cor. 12 v. 7. Unicuiq
autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem 1 Petr. 4. v. 10. Unusquisq sicut accepit
gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei.
2. illi, qui humilitatis praetextu servitia agendo se abiiciunt. Id adversatur dignitati hominis.
3. illi, qui humilitatem simulant, et se humiliant, tamen superbissimi sunt, semper
tantum de defectibus suis loquuntur, et dum vel alienos defectus incusant vel parum
indignantur: infimos se omnium profitentur, et dum se aliis postponi vident magno
opere exacerbantur. Multo illo deformior est superbia, quae sub quibusdam humilitatis vi-
gnis latet. Nescio enim quomodo turpia sunt vitia, quae virtutis specie celantur S. Leo in Mar-

Sectio 2da

De Officiis externis relate ad se ipsum

Ad officia externa relate ad se ipsum pertinet 1. Cura animae. 2. Cura Corporis. 3. Cura bo-
norum temporalium. Relinquimus hic omnem istam distinctionem animae a cura corporis: proprie enim
loquendo adimpletio omnium officiorum ad Curam animae pertinet.

Caput

Caput Primum de cura animæ

1. Cura animæ è cura excolendi intellectu, et voluntatem, seu quod idè: fervidè veritatis et virtutis studiu. Quærite primù Regnù Dei, et justitiam ejus Quid enì prodest hìs, sì universù mundù lucretur, et perdat
2. Cultura intellectus: est fervidus conatus veræ rei propriæ cognitionè requirendi, et adaugendi.
3. Hæc intellectus Cultura est necessaria 1. quia id Jubet Divina Religio Philip: 1.v.9. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in Scientia et omni sensu. 1. Petr 2.v.2. Sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem.
2. Exposuit hoc obligatio ad Virtutem, est enim magnus intellectus in voluntatem influxus.
3. Amor sui: quo enim amplior est rerum utilium cognitio, eo facilius promoveri potest felicitas propria. 4. Amor erga proximum: quo plus enim boni novimus eo magis proximis nostris prodesse valemus. — Ex obligatione excolendi intellectum cognitivam etiam Obligatio excolendi suos sensus: quia sensus sunt canales cognitionis nostræ, et quo perfectior est eorum status, eo facilior cognitionis acquisitio. Excolendi memoriam; quæ excolit debita attentione, idearum associatione, signis commemorativis. Excolendus Phantasiam utili lectione, et naturæ considerazione, ut ei inutilia Materialia, quibus se occupet, subministrentur.
4. Rerum autem Sequentium cognitio est præcipue comparanda. 1. Religionis Cognitio. 2 Cognitio sui ipsius. 3. Cognitio hominum. 4. Cognitio eorum quæ status Noster requirit. Divina ipsius ut intelligatur aliarum rerum cognitionem minime excludi.
5. Omnium utilissima est Cognitio Religionis, id est vera Cognitio Dei, et vera Cognitio Jesu Xti.
6. Cognitio Dei est cognitio ejus perfectionum, ejus Providentiæ, ejus Mandatorum.
7. Hujus cognitionis necessitas. ad cognoscendum Deum 1. hortatur Scriptura Isa: 1.v.3. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui: Israel autem non cognovit me, et populus meus non intellexit. 2. Jubet id ratio, quæ nihil agnovit dignius cognitione ejus, qui noster et omnium rerum Author est. 3. Per cognitionem Dei promovetur vel maxime virtus: optime de Deo existimare verissimum est pietatis exordium S. Aug. L.1. de lib: arb: 4. Est vera felicitas nostra nostra. Joan: 17.v.3. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum Verum, et quem misisti Jesum Christum.
8. Media ad cognoscendum Deum sunt 1. Consideratio Operum Creationis Rom: 1.v.20. Invisibilia enim ipsius, a Creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt, sempiterna quoq; ejus virtus, et divinitas; ita ut sint inexcusabiles. Sap: 13.v.5. A Magnitudine enim speciei, et creatura cognoscibiliter potest Creator horum videri. 2. Lectio et auditio verbi Dei: in Scriptura enim manifestavit se nobis clarissime. 3. Attenta consideratio universalioris Amicti dum in terris degerit: quia in Xsto divinitas se nobis conspiciendam præbuit. Ille est vera Imago Dei Joan: 14.v.9. Dicit ei Jesus Qui videt me, videt et Patrem meum. Lectio Librorum Spiritualium, et Rationalè Naturalè cum reflexionibus Religiosis perlustrantium. Oratio.

9. —

9. Qualiter hujus cognitionis. Non sufficit vero qualiscunq cognitio Dei, sed requiritur ut sit vera. 2 Viva, que ad attingit et movet. 3 Continuo crescens.

10. Cognitio Jesu Xti: est cognitio 1. Ejus divine et humane Nature 2. Ejus muneris. 3. Ejus doctrine. 4 Ejus Vite. 5. Ejus mortis. 6 Ejus continua adhuc erga nos ejus charitatis. 1 Joan. 2. v. 2 Et ipse est propitiatio pro peccatis Nostris, non pro nostris autem tm sed etiam pro totius mundi.

11. Ejus necessitas. 1. Scriptura eam precipit Joan: 17. v. 3. Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. 1. Petr. 3. v. 18. Quia et Christus semel pro peccatis nostris, mortuus est justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu. 2. Fides quam profitemur eam necessario requirit Credere in Christus, et non cognoscere Christum que inconvenientia? 3. Per cognitionem Jesu Christi dicitur Christiana virtus. 4. Et crescit vera tranquillitas cordis et beatitudo. Joan. 17. v. 3. Non turbetur cor vestrum neq formidet. Qui videt me videt et Patrem meum. Philip. 3. v. 8. 9. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Xti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora, ut Xtm lucrifaciam. Et inveniar in illo non habens meam Justitiam que ex lege est sed illam que ex fide est Xti Jesu que ex Deo est justitia in fide. Ego sum via veritas et vita, tanquam diceret: quo vis ire? ego sum via. Quo vis ire? ego sum veritas. Ubi vis permanere ego sum vita. S. Aug: super: Matth.

12. Media ad cognoscendum Jesum Christum. sunt. 1. Lectio Scripture novi testamenti in specie Evangeliorum. 2. Auditio Verbi Dei. 3 Lectio librorum de Xto de ejus doctrina, vita, morte, aut ex professo de ejus cognitione tractantium. —

13. Cognitio sui ipsius est necessaria ad quam requirit ut nos totos ex bona et ex mala parte cognoscamus. Necessitas illius cognoscit 1. ex Scriptura Matth. 7. v. 1. 5. Nolite judicare ut non judicemini — Hypocrita ejice de oculo tuo et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. 1. Cor. 11. v 28. Probet autem se ipsum homo. 2. Cor. 13. v. 5. Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus in vobis est? nisi forte reprobi estis. 2. Aug illa impossibilis est virtus. Quomodo amine ages bonum? quomodo proficies in bono? quomodo resistes impedimentis boni? quomodo prodens aliis? quomodo vitabis pericula? quomodo emendabis mala si ea ignoras? 3. Per illam etiam promovet felicitas nostra temporanea. Si enim diligenter nosciente se ipsum status, ad quem aptus est capacitas; ea suscipiunt tm negotia, ad que suscipienda, et feliciter in effectum deducenda aptos nos esse novimus; ea inuntur tantum societates que periculosa non sunt. Hic ex causis venit illud Antiquum jam Sapientum, in Apollonis templo publicatum exposita precepta: Nosce te ipsum. Et in tanta dicamus, et in re sere nemo tentat condescendere.

14. Impedimenta hujus cognitionis sunt. 1. Dominans sensualitas que virtute sua tenebras, et ejus medium cognitionem sui suspendit. 2. Mala Conscientia que in se intuspicere timet, ne sedeum

ne falsam, qua se jactat pacem turbet. 3. Nimis distractum vivendi genus. quod moram in ea desiderandi non admittit. 4. Salva principia sæculi justa qua non pauca, quæ virtutis nomen non merent virtus dicunt, quæ quia agimus, jam nos satis habere virtutis arbitramur, quin ulterius in rei veritatem investigemus. 5. Comparatio sui cum aliis qui nobis multo pejores sunt: tam mali cum non simus bonos nos esse censemus. 6. Philautia qua optima de se ventire assueta est. 7. Adulatores qui vitia nostra extenuant, virtutes vo assingunt audacissimi.

18. Media Cognitionis sui ipsius. 1. Remotio Impedimentorum. 2. Frequentius et diligens sui ipsius examen in quo usq ad divisionem animæ et Spiritus penetrat. 3. Continua attentio ad ea quæ agitas, sentis, agis, et quare? 4. Prudens et virtutis amans amicus, qui fideliter judicia sua fundit. 5. Judicia inimicorum. Hi observant nos ex professo acutissimis oculis, et ipsas plane intentiones rimantur, et dicunt sæpe vera, quæ amici indulgentiores dicere noluerunt. Hic patitur exceptionem hæc Regula: Nunquam alii de te quam tu tibi credere noli. 6. Lectio Scripturæ et Librorum, qui vitas hominum pragmatice describunt. 7. Oratio: orando enim cognimus nos nisi quales esse debeamus? et quales sumus? Hinc de causa averrant mali hanc orationem.

16. Cognitio hominum. 1. de eorum Characteribus, sentiendi agendique rationibus. Hæc cognitio est summe profutura: per eam divinis, quæ imitari, quæ vitare, quomodo, et cum magis conversari? cui te confidere Matth. 7. v. 15. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ephes: 5. v. 17. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas

17. Media ad hanc cognitionem. Quantum experientia jam docuit et hucusq docet, maxima pro parte homines ita sunt comparati – imperare malunt potius quam subinitti, alta de se sapiunt: appetunt honores sunt proprii commodi studiosi; hos quæ longa consuetudine authorizata sunt tenaces sensualitate facile seducibiles = Hæc pulo adsq peccato de hominibus in genere statui possunt. Caterum ad accuratiorem hominum cognitionem hæc media conferunt. 1. Cognitio sui ipsius: in multis certe similis sibi est natura humana. 2. Attenta Observatio: Hæc tamen ita instituenda est, ut dum observant observari se nesciant. 3. Judicia eorum multa jam experiorum. 4. Fide digna narrationes itinerantium. 5. Historia illa præsertim quæ pragmatica est. 6. Physiognomia. — Individualis cognitio nonnisi longiori conversatione et solertissima observatione, sæpe etiam juxta illud = nosce te ex sese = unsiversam acquirit. Non est etiam sui acquisita erroris periculo libera: vix enim usq adeo sibi abscita pertingere, et veras semper agendi causas certo detegere possibile. Non esto ergo de alterius proximi tui charactere sententia præcox. Facile dicit: hic talis est talemque habet charactrem = Sed facile etiam hic judicando erratur. — Physiognomia est medium incertum, sæpe enim jam Sapientes Romani ajebant: hic major est, hunc tu Romane cavelo. Alii dicunt: hic niger est, Fidelis est. —

18.

18. Cognitio eorum, qua status, quem elegimus aut eligere cupimus, requirit, necessaria est, ut eo bene fungamur. Ab hac bona functione dependet felicitas societatis hinc, et felicitas propria. Cognitio hac rer de quibus superius dictum, vocari volet uno verbo cognitio veritatis. Cum autem hac cognitio latius pateat consultum judicavi, de studio veritatis in specie loqui.

19. Studium veritatis. Veritas est conveniencia cogitationis cum re ipsa. Studium veritatis ergo, est studium seu conatus versus rebus ipsis convenienter cogitandi: id est ita, ut re ipsa ut cognoscendi.—

20. Stude cognoscere veritatem. Ad hoc studium nos obligant: 1. Expressa verba Scripturæ Philip: 1. v. 9. Et hoc oro ut charitas vestra semper magis ac magis abundet in scientia et omni sensu. Ephes: 5. v 21. Omnia autem probate quod bonum est tenete. Hebr: 13 v. 9. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor non escis, qua non profuerunt ambulantibus in eis. Ephes: 4. v. 14. Ut jam non simus parvuli, et circumferamur omni vento Doctrina in nequitia hominum in astutia ad circumventionem erroris.—2. Amor erga Deum: quia Deus est ipsa purissima veritas. 3. Ratio, qua ideo data est, ut veritatem inquirat: Inquirit tantum, quantum potest, et debet, dat operam inveniendæ veritati, id etiam si non inveniat, beatus est; totum enim facit, quod ut faciat natus est. Aldig: 2. l. contr: Hæd: c. 3.—4. Amor erga proximum: cui eo plus prodesse possumus, quo majore cognitionem veritatis habemus.—5. Ipsa Obligatio ad virtutem. Augmentum vera cognitionis confert quam plurimum ad incrementum virtutis.—

21. Motiva ad quærendam Virtutem. 1. Veritatis studium probat Deo, qui veritas est. 2. Magna est jam remuneratio cognita veritatis: uti gaudium, quo de cognita veritate perfruimur, et omnino ea quæ per eam acquirimus.

22. Cognoscenda veritati studendum est. 1. Per intentionem id est ex amore veritatis. 2. Cum proposito inventa veritate bene utendi. 3. In intermissa omni conatu, et nulla occasione prætermissa. 4. Inventes tamen: ea præcipue eligendo, quæ cognitu magis necessaria et fructuosa. 5. Vic: omne accepta cognitione ad promovendam veritatem, et virtutem, salutemq. proximi applicando.

23. Impedimenta cognoscendæ veritatis. 1. Nimia vegetabilitas, qua quod Spiritus est abominatur. 2. Nimis distractum vivendi genus, quod moram serum investigandi non admittit. 3. Audia, qua laborem, qui cum veritatis investigatione conjunctus est, refugit. 4. Studium proprii commodi: dum error cupiditatibus favet, aut quæ ea nobis defert. 5. Superbia, qua mutare sententiam dedecori suo ducit. 6. Authoritas alicui propter quam eam credimus. 7. Præjudicium antiquitatis, quo omne id quod antiquum est verum; quod novum falsum judicat. 8. Amor novitatis, quo via qua nova est, quin examinem non probent. 9. Præjudicium, quo putat curam inquirendæ veritatis ad solos tm Sacerdotes et Doctores pertinere. 10. Comune proverbium: ignorantia non excusat.

11.

11. Contentiones Doctiorum propter quas creditæ veritatis inventionem non esse possibilem.

24. Excolenda etiam Voluntas. Sola intellectus cultura minime sufficit: dant enim etiã doctissimi Nebulones, illustratus intellectus et pessimi ex, ñ ut certe rara phænomena; excolenda est ergo etiam Voluntas. 1. Frequenti et viva officii, motivorumq; consideratione. 2. Seria propositorum renovatione. 3. Solerti Mediorum usu. 4. Exercitio boni. Sic primo pervenitur ad virtutem, sic geritur vera cura animæ. Sed huic opposita est. — —

25. Acedia: id est torpor, et desidia in tractando salutis negotio in gerenda animæ cura. Acediosus nempe negligit culturam intellectus, fastidit media, quibus ad cognitionem Religionis et veritatis pervenitur, parum curat media virtutis, occasionibus bonis, aut non utitur, aut si quid boni agit, agit imperfecte: vult pigre et non vult:

26. Causæ acediæ sunt: 1. Magna ignorantia. 2. Immoderatus amor terrenorum. 3. Exempla acediosorum. 4. Conversatio cum acediosis. 5. Vulgaris illa opinio = Sufficit si ultimum tantum locum in cælo possedero = 6. Præsumptuosa in Dei bonitate confidentia. 7. Ñ raro etiã relapsus; qui adhibitis licet mediis, ñ contingit et pusillanimitate causat, quæ acediã post se trahit. –

27. Vitanda est acedia 1. Opponitur enim primo Ænæ Religionis, de diligendo Deo, præcepto. 2. Adversatur expressis Sacræ Scripturæ mandatis. Matt. 25 v 13. 30. Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Rom: 12. v 9. 11. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono – Spe gaudentes, in tribulatione patientes: Orationi instantes. 13. v 11. Et hoc scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Philip: 2 v 12. Itaq Charissimi mei: sicut semper obedistis, non ut in præsentia mea tñ, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini. 2. Petr: 1. v. 10. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera, certam vestram vocationem et electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. 3. Adversatur rationi, quæ summi momenti negotia celerrime agere jubet. 4. Generat plura alia peccata: uti nauseam rerum Spiritualium, derisionem hominum proborum, contemptum bonorum monitorum, odium contra monentes. 5. Dæmoni dat pessimum exemplum, et est sæpe interitus ejus causa. 6. Quo diutius durat, eo difficiliorem reddit conversionem. Inde fit ut non raro incidat ultimatim in desperationem. Deo ergo necessario displicere debet. Apocal: 3. v 15. 16. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus, utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus incipiam te evomere ex ore meo. Invenit est homines pusillanimes, et remissos, deficientes sub onere, virga et calcaribus indigentes, quorum brevis, et rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conversatio quor

" obedientia

„ obedientia sine devotione, verbo sine circumspectione, ratio sine cordis intentione,
„ lectio sine edificatione: quos denique vix pœna metus inhibet, vix pudor cohibet, vix
„ frenat ratio, vix disciplina coercet. Nonne horum tibi vita inferno penitus appropin-
„ quare videtur? Expurgamus, quicunq; hujusmodi sumus, revarciamus animo, spi-
ritum recolligamus, abiicientes pernitiosam tepiditatem. S. Bernard: Ser: 5. de Assum: Dom.

28. Media contra Acediam 1. Frequentior supra dictor recordatio. 2. Frequentior consideratio finis in quem creati sumus. 3. Quotidiana et vera proposita, omnia media, quæ ad perfectionem nostram conferunt, voleter adhibendi. 4. Consideratio fervoris Sanctorum. 5. Actus pietatis plane tunc, dum graviores accidunt ex professo exercendi. 6. Quotidianum examen Conscientiæ, in quo non solum quod peccaverimus, sed simul etiam quantum boni, et quomodo egerimus? expendatur. 7. Sepius instituta comparatio studii, et fervoris nostri in negotiis terrenis cum studio et fervore, quæ in spiritualibus adhibemus. 8. Fuga vocum accidiosarum, et remotio reliquarum causarum acediæ. 9. Pia lectio, et Oratio ut ut, initio displiceat.

Caput secundum de Cura Corporis

1. Cura Corporis complectitur in se 1. Curam Vitæ. 2. Curam Sanitatis. 3. Curam perficiendi Corporis.

Habe curam Corporis.

Rationabilem curam Corporis injunxit ipsa Scriptura. Rom: 12. v 1. Obsecro itaq;
„ vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem,
„ sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Scit enim in uno corpore
multa membra habemus; omnia autem non eundem actum habent. Ephes: 5 v 29
Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et
Christus Ecclesiam. Coloss: 2. v 20. 23. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis
„ hujus mundi: quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis? Quæ sane quidem
rationem habentia Sapientiæ in superstitione, et humilitate et non parcendum
corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Philip: 3 v 19 Quorum finis interitus
quorum Deus venter, et gloria in confusione ipsorum qui terrena sequuntur. Rom: 13. v 14.
Sed Induimini Dominum Jesum Christum et carnis curam ne feceritis in Desideriis.
2. Corpus est Instrumentum quo anima ad acquirendam cognitionem veritatis et
ad operandam virtutem indiget. Habet cura corporis ipsius animæ ad quam fit relatio. S. Chrys. Hom. 24.

Articulus Primus De Cura Vitæ

1. Cura vitam: id est cura ut te quam diutissime conserves. Cave ergo omnia ea, per quæ vita abbreviatur, et utere omnibus mediis, quibus prolongetur. —

2. Ad vitam curandam Obligamur, 1. Quia vita est donum Creatoris Act: 17. v 25. Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspiracne, et cia datum ideo, ut eo subsistente virtutem operemur, ut prosimus aliis. Rom: 12. v. 10. Charitate fraternitatis invicem diligentes: honore invicem praevenientes. ut merita pro vita aterna ponamus. Rom: 2. v. 6. Qui reddet unicuiq secundum opera ejus. 2. Cor: 5. v. 10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq propria corporis prout gesserit, sive bonum, sive malum. Galat. 6. v 8. Quis enim seminaverit homo haec et metet. Quoniã qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionẽ; qui autẽ seminat in Spiritu, de spiritu metet vitã aternã.

2. Ipse etiam naturalis a Deo ipsi nobis implantatus vivendi stimulus, indicat velle id Deum ut vitã conservandã curam geras. Cura vitã quae ex motivis N. 2. adductis provenit est cura Moralis Christiana Deo placita. Cura vero vitã, cujus motivum solatium fruitio vitae aut desiderium gaudiis terrenis quam diutissime fruendi, aut timor mortis, quae omni fruitioni finem imponit, nullum habet meritum, et Christiano homine prorsus indigna est.

3. Suicidium Obligationi curandi vitam directe opponitur, et est voluntaria vitae suae ademptio. Suicidium est vel directum dum quis sibi violenter, et ex proposito mortem infert: v indirectum, dum tales ponuntur actiones perquas vita mediate et successive adnihilatur v.g. per neglectum mediorum ad conservationem vitae necessariorum per intemperantiam, per vehementes affectus, et passiones. Suicidium indirectum est vel deliberatum dum actiones hac hac intentione ponuntur, ut vita abbreviatur: vel indeliberatum dum causa harum actionum ignorantia, vel negligentia vel levitas mentis est. ——

4. Causa Suicidii communiter sunt sequentes. Aegra Corporis constitutio. 2. Dissolutam vivendi genus, ejusq immediata pessima sequela. 3. Remorsus Conscientiae. 4. Vehementes passiones, ambitio, invidia, zelotypia, ira &c. 5. Commissorum scelus, quod publica poena plectitur. 6. Magna egestas, et calamitas cum diffidentia in Deum conjuncta. 7. Praejudicium, quo suicidium ut licitum, aut plane ut actus heroicus suspiratur 8. Quandoq etiam meticulositas labendi in peccatum propter tot pericula quae nos circumstant. 9. Aut desiderium citius adipiscendae salutis. —

5. Se ipsum occidere non licet. 1. Quia vita nostra Dnus est Creator. Act: 17. v 26. Fecitq ex uno omne genus hominum inhabitare super universa faciem terrae, definiens statuta tempora, et terminos habitationis eorum Suicida invadit ipsius supremum jus, et deserit suam stationem ingua a Creatore constitutus est. — 2. Praecepto 5to Non occides prohibet etiam occisio sui ipsius — Si non liet privata potestas hnẽ occidere innocentẽ profecto etiã qui seipsum occidit hominem occidit. Cur autem non vetat expresse Scriptura — Non occides te ipsum? R. Partim quia illicitae suicidii tanquã rẽ evidentissima praesupponit; partim quia ea dilucida ejq doctrina de positiva a Deo Vitae nostrae termino — de currendo in hac vita tanquam in stadio, de bene seminando, et operando bonũ

bonum donec tempus est – de administranda vita in utilitatem proximi – de conservanda in maximis etiam calamitatibus patientia – ubi etiam ex exemplis suicidæ Abimelecha, Saulis, Achitophelis, Judæ, quæ improbat prohibitio se ipsum occidendi intelligitur.

3. Suicidium illicitum esse docuerunt continuo SS. Patres et Ecclesia – Hoc dicimus hoc asserimus, hoc approbamus, neminem sponteneam mortem inferre sibi debere; velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipse incipiat habere, gravissimum proprium, quem in polluebat alienum. Neminem propter sua peccata præterita, propterq hanc vitam magis opus est, ut possint penitenda sanari. Neminem velut devitando vitam melioris, quæ post mortem speratur, quia nos vitæ mortis, melior post mortem vita non suscipit. Nullibi in Sacris canonicis libris præceptum permissumve reperiri potest, ut ex ipsius accipiendæ immortalitatis, vel ullius cavendi carnificinque mali causa, nobismetipsis mortem inferamus. L. 1. de Civ. Dei. Cap. 21.

Ecclesia suicidium adeo semper detestata est, ut suicidii consuetam sepulturam denegaret, et ut aliis incutiatur pavor, nec commemorationem pro illis in Sacrificio fieri admiserit. Conc. Brac.

4. Suicida peccat gravissime in se ipsum, annihilat enim suam propriam dignitatem et destinationem tollendo sibi ipsi occasionem exercendæ virtutis et meritorum pro vita futura.

5. Peccat in Societatem humanam, cui vivendo prodesse potuisset, et cui se occidendo non solum subtrahit, sed insuper perniciosum exemplum præbet.—

6. Peccat in Patriam quam utile membro privat.

7. Peccat in suos quibus se subtrahit, quibus infandum dolorem causat, et de quibus facta sua aliis diversa viam stra judicandi causam præbet. – Patet vero intelligentia hæc esse de suicidio deliberato, non directo solum, sed etiam indirecto, quod non raro majorem etiam culpam habet, quam directum, quia propter longiorem moram temporis magis deliberatum est. Quia nobis quovis suicidium voluntarii vit, difficile est cognoscere, ideo convultur ut admissum potius ea charitate quantum possibile est excusemus quam ut Suicidam in Majorem adhuc animorum dolorem indiscriminatim damnemus. –

Suicidium subtile non deliberatum imputari in tantum potest in quantum ignorantia, negligentia, et levitas mentis, ea qua procedit magis, aut minus culpabilis est. –

Ob: 1. Scriptura Suicidii nullibi prohibet. Ergo. R. Ad hoc revolvendi sufficiunt sub N. 5. posita.

Ob 2. Si vita sibi ademptio majus vit bonum quam conservatio, cur non liceat se ipsum occidere? R Calamitates ferre majus est bonum, quam ut ab illis liberemur vitam sibi eripere = Fortius ille facit, qui miser esse potest. –

Ob: 3. Si vita donum esse cessat, cur non possit reddi? R Utpiam nunquam cessat esse donum, quamdiu eam Deus conservat. Nullus enim datur vitæ status, imo nec ullum momentum quo bonum operari, et merita pro vita æterna cumulare homo nequeat. –

Ob. 4. Si inutilis sum mundo cur vivam? R Etiam in maxima calamitate dum nihil aliud jã operari licet, exemplo patientiæ tamen adhuc utiles nos aliis esse licet. –

Ob. 5.

Ob: 5. Cur non competat mihi jus resignandi vitalis humanæ? R. Ideo ñ competit, quia te illi qua membrum ejus debes. Quid fieret si quilibet jus hoc sibi competere diceret?

6. Media contra Suicidium sunt 1. Attenta et frequentior meditatio eorum quæ superius dicta ℣. 2. Convitium medii ægrotante corpore. 3. Invigilatio ne ulla cupiditas evadat vehemens. 4. Cura conservandi bonam Conscientiam. 5. Suppressio primo primæ cogitationis vitæ finiendi. 6. Considerationes quæ subtilia sunt illa argumenta quibus Suicidium licitum esse pretenditur.

7. Exceptiones ab Obligatione conservandi vitam. Dantur enim casus in quibus vitam non solum sacrificare licet, sed plane oportet. 1. Dum aliter nisi per legis divinæ transgressionem, aut religionis abnegationem conservari non potest. Matt. 10. v 28. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. 2. Dum id vocatio postulat Act. 20 v 24. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi quod accepi a Domino Jesu testificari Evangelium gratiæ Dei. 1. Joan: 3 v 16. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. 4. Dum pro conservatione plurium, aut etiam unius, in quo tamen multo plus quam in me positum est, sacrificanda est. In omnibus his casibus amissio vitæ majoris boni, quam conservatio.

8. Estne duellum licitum? Duellum est pugna duorum armis, tempore et loco destinato instituta ad vindicandam illatam injuriam, in specie ad tuendum honorem. Duellare illicitum esse sequentia demonstrant. 1. Duellum adversatur legi Christianæ, quæ amorem, pacem, et injuriæ condonationem commendat. 2. Adversatur præcepto conservandi vitæ propriam et vitæ proximi: Nam in duello periculo utrique exponit. 3. Tuta legem Christianæ quærenda et satisfactio pro illata injuria apud legitimam potestatem. 4. Inhibent illud leges Ecclesiasticæ. Can. Si. qui 23 Defensores duelli objiciunt. 1. Honor est maximum bonum. Ergo: R. Utrique; perditurne autem ad duellum ad duellum ñ provocando, aut provocationi ñ acceptando? Sapientum judicio ñ tum ñ perdit, sed potius conservat, et augetur. 2. Si adsit inimicitia, adsit animus occidendi, et lædendi ineat duellum hoc in casu illiciti ce ñ potest. Ergo: R. Præterquam quod periculi semper manet et ea ideo illicita, quia est contra legem. Si inimicitia vi animus lædendi abest, cur non pugnatur armis ex stramine, vel pappyro confectis?

9. Licetne sibi optare mortem? R. Ex bona causa animo, altera in divinam plane voluntatem resignato licet. 2 Cor: 5. v. 8. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et præsentes esse ad Dominum. Philip: 1 v 21. Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. — Optare sibi mortem ex impatientia, inacquiescentia, diffidentia in Deum peccatum est. Suspirare ad Deum ut per mortem doloribus diuturnis infirmitatis finem imponat, animo in voluntati ejus subjecto peccatum ne. Momentanea desideria mortis, quæ afflictis extorquet Christianis indigna dicunt. Alioquin non sunt vera. —

Articulus 2dus de Cura Sanitatis

1. Sanitas est bonus virium, succorum, et sanguinis status, quo presente singula membra peragendis suis functionibus apta sunt.-

2. Cura ut valeas. Id est Cura sanitatis habenda est ideo, 1. Quia obligamur conservare vitam. 2. Quia id jubet Scriptura. Eccles: 38 v 1.4.9. Honora medicum propter necessitatem „ etenim illum creavit Altissimus.- Altissimus de terra creavit medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa- Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum sed ora Dnm et ipse curabit te. Matth: 9. v 12. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Joan: 5 v 5. Erat autem „ quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua- Dicit ei Jesus: surge tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo ille. 1. Tim: 5 v 23. Noli „ adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. 3. Quia Sanitas maximum est bonum: Eccles: 30. v 15. 16. Salus animæ „ in sanitate justitia: melior est omni auro, et argento, et corpus validum, quia non est census super censum sanitatis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium. Non est census super censum sanitatis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium. Valente enim corpore, valet et anima melius, estq ad peragenda officia vitæ aptior. Infirmitas impedit adimpletione officior: ipsi etia virtuti diversis modis impedimento esse potest. Sanitas equiparari potest bene ordinatæ virtuti pacis tempore. Quia infirmus facit ejus pretium obtinere nequit. Sæpissime anxia cura sanitatis quæ communiter apud imaginatione infirmor reperitur, sæpe- terquam quod Christiano in Deum fiducia non congruat et veram tranquillitatem perturbet; ipsi sanitati, de qua non committenda metuitur, noxia est.-

3. Quomodo gerere se debet respectu sanitatis suæ Christianus? 1. Roget eam a Deo Job: 8 v 6. Surgentes autem pariter instantes orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis. 2. Petitas agat pro ea Deo Luc 17 v 15. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est regressus est cum magna voce magnificans Deum. 3. Studeat eam conservare, et ideo agat omnia, quæ ei profuturæ, et vitet omnia, quæ ei nocitura sunt, ex hoc solo fine ut juxta Dei voluntatem Officia sua peragere et proximo prodesse valeat, Joan: 5 v 14. Postea invenit eum Jesus in templo et dixit illi: ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Alii fines Christianum non decent. 4. Imprimis ad eam juxta voluntatem Creatoris, in hunc finem, in quem unusquisq est, hoc est ad bene operandum, et utilitatem proximi. 5. Amissam valetudinem medicorum usu recuperare. 4 Reg: 20. v 5. Dixit Isaias afferte massam ficuum, quæ cum attulissent, et posuissent super ulcus ejus curata est. Eccl: 38 v 1.4.

4. Media conservandi sanitatem sunt: 1. Aër et Commotio. 2. Quies. 3. Mundities. 4. Temperantia. 5. Laboriositas. 6. Cautitus. 7. Hilaris mens. 8 Exhilarationes animi.-

I. Aër et Commotio. Quantus purus aër et commotio in aëre libero provit, non est opus primo probare. Probat id experientia. Fratres aëris et commotio vehemens nocend. Moderata commotio in aëre libero tum prodest, maxime, dum mente curis, et studio vacua, et in societate alionim fit. ut

II. Quies. Ut labor et commotio, ita etiam quies et somnus ad conservandam sanitatem necessarius est. Nimis parus somnus irritat phantasiam et debilitat memoriam. Nimis longus etiam debilitat memoriam, et efficit hebetem, pigrum et babetiorem. Quot in prie horis somno indulgeri possit? id quilibet sibi ipsi optime determinare potest. Duo ad magnam hominum partem certe Septem horis dormisse satis est = Plus autem dormire quã vigilare vitaq; hrũ ẽ hominum. Regulariter eundum est cubitum ante noctis dimidium, qui mane etsi vigiles delectari solent lecto longiori tempore, molles sunt, et facillime prolabuntur in cogitationes noxias. —

III. Mundities Per munditiem intelligit hic munditiem corporis, vestimentorũ, Cubilis, supellectilis, Alimentorũ, vasorum culinariorum &c: Hac munditiem commendat Christiano Philip: 4. v 8. Deuteros fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; justa, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplina hanc cogitate. Est præcipuũ conservandæ sanitatis medium. Conciliat amorem aliorũ hrũ. Est rarus signũ interioris hrnis.

IV. Temperantia in genere est moderatio concupiscentiæ, per quã in omnibus rebus debitam mensuram et limites ad legem rationis et religionis servant. Hanc temperantiam docere nos advenit Christus. Absq; hac temperantia nẽ est profectibilis virtus. Nulla sanitas ẽ tam fortis, quæ absq; ea nẽ destruat. Nulla voluptas tam amœna, quæ cum temperie navseam nẽ pariat = Moderata durant = et ipsa felicitas nisi se temperet premit =.

Temperantia affectuum Vehementes affectus sunt virtuti et sanitati nocui. Sunt similes crapulæ quæ si etiam edormias tamen capitis dolorem post se relinquit. Vitiosæ passiones transeunt sunt vera infirmitates. Sunt ergo moderandi. —

Media eos moderandi sunt: 1. inquire eorum causam et hanc removere satage. Satage, verum gaudiorum et bonorum temporalium valorem cognoscere — Occasionem fuge — id vigila quantum fieri potest sensibus: hi enim sunt janua affectuum. 2. expende vanitatem ipsorum novitatem. Principiis obsta. Dum incipit affectus mox revelle, ea quæ ad eum comprimendum præmeditatus es, in mentem revoca; mox te negotio aliquo occupa, aut distrahe. 4. Rebus et fidelem amicum ut admoneat require. 5. Plurimum vero prodest exercitium resistentiæ venet, iterumq; repertata victoria facilior erit labor. —

Temperantia in cibo et potu. Christiana Religio indulget usũ omnis cibi et potus, attamen temperantiæ in cibo et potu. Christiana Religio indulget usũ omnis cibi et potus, attamen temperantiæ ante. 1. Tim 4. v 4 Quia omnis creatura Dei bona ẽ, et nihil reiiciendũ ẽ quod cum gratiarũ actione percipitur. Temperantia est habitus usum cibi et potus moderandi, ita ut hic virtuti, nec alimenti, nec rei familiari noxius evadat. Temperantia ẽ magis ardua virtus, quã abstinentia: fruitio enim excitat ad repetitionem et continuationem. Christianus alimentorum usum ille e: 1. per quem nec virtuti. 2. nec sanitati, 3. nec rei familiari nocetur, et 4. quorum recordatione dantur conjunctus est. Qui sic manducat et bibit, in gloria Dei manducat et bibit. 1. Cor: 10. v 31. Omnis Christianus multo magis Religiosus temperans sit in cibo et potu. 1. Temperantia præcipitur. Sir 11. v 34. Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus fuerit simplex totum

totum corpus tuum luridum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Rom: 13. v 13. Sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et emulatione. 1 Cor: 10. v 31. Sive ergo manducatis sive bibitis, sive aliud quid faciti, omnia in gloriam Dei facite. Tit: 2. v 12. Erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria sobrie et juste, et pie vivamus in hoc sæculo. 2. Est conformis dignitati hominis: quia intemperantia deprimit illum infra pecus. 3. Reddit nos aptos ad implenda debite officia: intemperantia vero aut plane inaptos, aut saltem minus aptos = 4. Preservat a multis peccatis ad quæ intemperantia seduxit. = Gulæ appendices sunt lasciuia atq luxuria. Serf. 2. de Jejun: 5. Facilitat ad implendum præceptum dandi eleemosynam. 6. Est præcipuum medium conservandæ sanitatis. Eccl: 31. v 22. 23. Si in medio multorum sedisti prius illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quam suffficiens est homini erudito vinum et aliquum, et in dormiendo non laborabis abillo et in sentius dolore. 32. v 32. 34. Noli avidus esse in omni epulatione et non omni anima omne genus placet. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiicet vitam. Modicus cibi, Medicus sibi, Norme corpora moderate edentium robusta sunt, sensusq expedite admodum munus suum implent? S. Chrysost. hom. de Jejun: — Intemperantia itaq destruit sanitatem. 7. Temperantia præservat a pernicia, ad quam intemperantia sæpissime perducit, 8. Continuo hilariorem, et liberiorem; intemperantia gravat. Quantum autem proprie de cibo et potu sumendum sit? id quisq sibi optime determinare potest. Regula hæc volet præscribi = Tantum ede et bibe, ut officia tua possis prompte adhuc obire = Aut = Non ede et bibe, ad officia tua plenissimam usq sanitatem = Nimia anxietas improbanda est. — Estne lautiorum alimentorum usus licitus? Si eum facultates admittunt, et virtus periculi periculitat? Licitus. Estne voluptas quæ ex alimentorum sumptione capitur suppriminda? Quod ipsa alimentorum et potus Nostri natura secumfert malum non est. Aut si tantum ideo lautioribus alimentis oblectaris, ut tantum palatui facias satis, tum nutris carnem ac desideria Rom. 13. 14. et Venter tuge Degtug. Philip. 3. v 18. 19. Media ad servandam temperantiam in cibo et potu sunt sequentia: 1. Expende serio et sæpius obligationem, et bonas temperantiæ; intemperantiæ vero malas sequelas. 2. Cogita finem ob quem alimenta sumenda sunt = non vivimus ut edamus; sed edimus ut vivamus, et bonum operemur. 3. Non obliviscere in sumptione alimentorum dantis = Hac recordatio dimittet abrupto, et præservat ab intemperantia S. Chrysost. Hom. 2. de Anna: 4. Denega tibi ea professo quando q lautiorem cibum appetum. S. Severe in sumendo cibo, et potu Ordini, ne fias hac in parte similis prolibus. 6. Examina te quotidie an fueris temperans, et feu seria proposita. 7. Reggita sæpius exempla temperantium, Vitum pauperum. 8. Fuge occasiones. Quod si evitari semper nequeant, seriis propositis te præmuni, Attentus, bonique amici qui moneat auxilio periculum superare valeat. 9. Otium fuge: otians enim edendo et bibendo longam temporis moram explere conatur, ac insuper ora,

Temperantiæ Opposita Vitia

1. Gula quæ est inordinatus cibi et potus usus. Gula potest committi 1. quo ad quantitatem 2. quo ad qualitatem Ciborum. 3. quo ad delectationem quæsitam. 4. etiam quo ad tempus, præsertim tempore jejunii. Quare vitanda est superius dictum. —

2. ado

2. Ebrietas. Ebrietas sumitur vel pro actu, id est inebriatione, vel pro habitu potum vim inebriandi habentem, in tali quantitate sumendi ex qua obnubilatio intellectus sequitur. - Signa ebrietatis perfecta, seu crapula Theologis, solent passim hæc statui. 1. si videtur honestum et inhonestum distinguere jam nequeas, et miscellanea quæq; quæ rata rotundis miscendo blatteres. 2. Si pridie, quæ pridie locutus es, aut egisti, licet admoneariis, non recorderis. 3. si pedes vacillent. 4. si alias mansuetus et pudicus sumpto liberius vino, in contentiones, risas, maledicta, turpiloquia se prorumpas. Sed vel me non monente quid de his signis statuendum sit? agnovisti.

3. Causa ebrietatis sunt 1. Amor, aut indulgentia erga socios et socias. 2. Defectus occupationis. 3. Otium. 4. Luxuria.

4. Fugienda ebrietas. 1. id jubet Scriptura Luc: 21. v 34. Attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus vitæ, et superveniat in vos repentina dies illa. Rom: 13. v 13. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, et ebrietatibus. Ephes: 5. v 18. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. 2. Ebrietas deiicit te gradu tuo, privando te dono, quo præstantius non datur, hoc est ratione. Quid differs o homo a brutis animalibus? rationis dono creatura cujuslibet principe effectus es, et Dominus. Per ebrietatem privasti te intelligentia, ac cognitione, comparatus es jumentis insipientibus. S. Basil: homil: in ebrios: Solus homo bibit vini et fit peior illo bruto. Gallus: 3. Reddit inhabilem ad obeunda officia, non solum tempore crapulæ, sed suo tempore etiam pro semper propter debilitatem virium, quæ eam subsequitur. 4. Seducit ad multa alia peccata, ad revelationem secretor ad iram et calumniationem, ad risas, ad turpiloquia, ad luxuriam. Ephes: 5. v 8. Nolite inebriari vino in quo est luxuria Proverb: 20. v 1. Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumq; his delectatur non erit sapiens. 23. v 20. 21. 29. Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Quia vocantur potibus, et dantes symbola consumentur et vestietur pannis dormitatio. Cui væ! cui patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui vitis causa vulnera? cui suffusio oculorum? Eccles: 19. v 1. Operarius ebriosus non locupletabitur, Osee 4. v 11. Fornicatio et vinum, et ebrietas auferunt cor: Ebrietas est omnium flagitiorum mater, culparum materia S. Aug: ad Sacr: Virg: Nunquam ego ebrium castum putabo S. Hier: Cogita Lothe Petita ebrium Alexandrum Titum suum ense perforatum. Plus inebrians immoderate sumptus est vere poculum Circes homines infernas convertens. 5. Pessimum præbet exemplum quo vescuntur multi, et non rare infelices æternum reddantur. 6. Summa est prostitutioni. Quis turpius ebrio, et temere vagante? S. Chrysost: An non diffunditur ipse ebrius pudore postquam ebrietate discussa ad se redit? Hac ex causa solebant Spartani inebriare mancipia sua, ut filii eor rei turpitudine ab ebrietate abstinuntur. 7. Consumit sanitatem = Quæ hominis constitutio est tam valida, ut temulentiæ malis obsistat? Quibus enim artibus fieri possit, ut corpus semper incalescens, semperq; vino madens non efficiatur evanidum, et pluribus? Hinc tremores debilitates q. S. Basil: Sum: in ebr. Unde gravedines capitis, Unde corruptorum hominum redundantia? unde alii morbi? nonne ex intemperantia vel vino plusquam oporteat hausto? S. Chrysost hom de virgin: - Nec alicujus est ponderis quod obiicere volunt: dari ebrios, qui semper robusto, vegeto sunt corpore, et summam attingunt senectutem. Nam hujusmodi exempla non adeo sunt copiosa, et in regula morum, quod est dictum manet. -

S.

8. Diminavit facultates, et ultimatim redigit non raro usq ad inviras Proverb: 21. v 17. Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat vinum, et pinguia non ditabitur. – 9. Excludit a Regno celorum 1 Cor. 6. v 10. Nec ebriosi Regnum Dei possidebunt. Isa: 5 v 11. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usq ad vesperam, ut vino estuetis. Quicunq ebrius ipsam penitentiam non egerit, sed usq ad mortem in ebrietate vita permanserit, in eternum profecto peribit: quia non mentitur Spiritus Sanctus per Apostolum dicens: ebriosi Regnum Dei non possidebunt. 1 Cor. 6. v. 10. Malum exemplum in specie potatori obponendum. Forte enim male sanata ebrietas, infirmitas, diminutio facultatum, de: apud illum locum non habet: putare ergo posset se non peccare, aut saltim non adeo graviter. Interea etsi apud eum locum non habeant, tamen apud alios, quos exemplo suo seduxit, et ita etiam illi qua seductori continuo imputantur. Hoc malum exemplii e etiam una ex precipuis causis localis, totius alicujg loci aut vicinie potandi consuetudinis.

5. Media contra ebrietatem. Qui a vitio ebrietatis preservari optat, utatur his medijs: 1. expendat sepius, et attente superius relata. 2. expendat causas ebrietatis, et attendat sibi. 3. recogitet consuetudinem se inebriandi facile exoriri, et ultimatim ita roborari, ut difficillime deponi valeat. Experientia docet paucissimos potatores vere emendari. 4. quod si intemperantiam seu ad illam inclinationem in potu sentiat, tempus sibi et certam mensuram prescribat, et ab hac absq gravi causa non recedat. 5. inter bibendum memor sit dantis. 6. vitet quantum fieri potest occasiones. 7. Contra potatorium effugia se premuniat. 8. Exempla sobriorum pre oculis habeat. 10. Omni die mane oratione et veris propositis se premuniat. Qui ebrietati jam assuevit, et emendari cupit huic preter alia media consulendum est in specie. 1. ut consuetam quantitatem potus in dies minuat. 2. locum et socios bibendi mutet. Alius locus alii socii nimis invitent. 3. Dum occasio excitari neguit, oratione, meditatione, et veris propositis se muniat. 4. Recorletur mane et ante sumptionem potus possibilitatem resipiscentie mortis 1 Thes: 5 v 1. De temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribam vobis. – Qui enim dormiunt nocte dormiunt, et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. 5. Amicum qui admoneat eligat. 6. S. propositum frangat, ipse sibi novam penitentiam aliquam imponat.

Y 6. Labor est utilis virium corporis et animæ applicatio, utilis occupatio. Utilis quæ laborantem, et ejus proximo verum emolumentum adfert. Occupatio quæ nihil prodest, quæ officio status conformis non est, aut quæ ex malo fine suscipitur, laboris nomen non meretur. —

Y. Ad laborem sumus destinati 1. Illum in finem Deus nobis concessit vires, ut eas impendamus. Sobria natura est continuo operosa. Vade piger ad formicam 2. Religio Christiana laborem præcipit Matth 25 v 14. 30. Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua, Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, et stridor dentium. Rom: Ro 4. 11. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. – Que quidentes – Solicitudine non pigri. Spiritu fervente, Domino servientes. Ephes 4 v 28. Qui furabat jam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. 1 Thes: 4 v 11. Et operam detis, ut quieti vitis, et ut vestrum negotium agatis et

Operæ

Operemini manibus vestris, sicut praecepimus vobis, et ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis. 2. Thess: 3. v 11. 12. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete: nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui ejusmodi sunt denuntiamus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes panem suum manducent. 3. Laborem commendat exemplum Christi Mar: 6. v. 3. Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Jacobi et Joseph, et Judæ, et Simonis? Nonne et sorores ejus hic nobiscum sunt? Joan: 17. v 4. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam. 4. Obligatio ad laborem fluit ex obligatione promovendi bonum commune. Cogita turbam otiosorum — quæ miseria? 5. Labor fert magna commoda. Commoda spiritualia: impedit multas malas cogitationes, et actiones: facilitat virtutem beneficentiæ Ephes: 4. v 28. conciliat favorem Dei Matt: 25. v 14. 30. Commoda corporalia roborat corpus et vires, elevat curarum, et somni voluptatem, auget facultates, comparat æstimationem. —

6. Qualitates Christiana laboris vitalis. Vere Christiana laborat. 1. Devote ideo, quia ut laboret Dei voluntas est; ita sicut Dei voluntas est; commendat suum omne labore Deo, et rewndat ejus dia laborando. Laborat ergo etiam hoc ipso. 2. Fideliter cum omni possibili diligentia, et attentione mentis; aliis laborat semper ita, ut labor ejus justo eorum voto, et expectationi respondeat; semper alienus a dolo. 3. Absq; pavitate etiam tunc dum labor arduus est, dum aut infortunio, aut malitia hominum, aut quavemumq; causa infructuosus efficitur. 4. Moderate ne fractis viribus nocet sanitati et vitæ. Immoderatus labor est signum aut avaritiæ, vel exiguæ in Deum confidentiæ. Sevit communiter ipsum. 5. Ordinate Omnia suo tempore Eccles: 3. v 1. 9. Cum debita negotiorum distributione, absq; dilatione agendo. Huic tamen Ordini non est ita manifestat, ut ab illo justa ex causa recedere nefas esse ducat. Qui sic laborat in Nomine Domini laborat. —

9. Christiana laboris utilis opponit Otiositas dii nihil agit, aut nihil utile agit, aut quod agi debet negligenter agit.

10. Otiosus 1. ingratus est Deo cujus talentum abscondit, 2. est inimicus proximi sui, et hostis societatis humanæ, cui ut prodesse posset non prodest: imo non raro et gravis accidit. 3. est inimicus sui ipsius. Nocet enim bono suo Spirituali: multam enim malitiam docet otiositas Eccles. 33. v 28. 29. Unde et apud Ebræos proverbium: Ludamus ne nos otiosos inveniat. Nocet et corporali: Sanitati: corpus enim motu destitutum, simile est aquæ, quæ non movetur et putrescit. Rei familiari: habet enim otiositas comitem egestatem. Provers. 24. v 34. Et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicitas quasi vir armatus. Famæ. Otiosis enim tribui solitus est titulus: Famosa.

11. Media evitandi vel ad laborem 1. Recogita sæpe magnitudinem Obligationis. 2. Fac omni mane firmum propositum vires tuas Deo voluntati constanter impendendi. 3. Fuge vitam mollem. 4. Vinate dum labor accedit gravior. 5. Quemlibet etiam exiguum laborem fugere sicut oportet. 6. Ordina tibi tua negotia. 7. Nulli differ. 8. Vita sedentaria otiosior. 9. Memento rationem, quæ reddenda erit Deo de impensis cum tempore tuis negotiis.

VI. 12. Castitas est abstinentia a Venere, id est ab omni carnali voluptate, ordini a Deo, ad propagationem generis humani instituto, et fini matrimonio contrario: seu est moderatio, et refrenatio stimuli carnalis juxta institutum a Deo ordinem ad propagandum genus humanum, et ejus finem. Castitas est virtus sub jugo rationis imperium libidinis refrenans. S. Augustinus Hoc ipso complectitur etiam in se 1. Pudicitiam, quæ etiam omnes lascivas cogitationes, imaginatio-

Pudi-

et desideria abominatur Matth 5 v 28. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est in corde suo. 2 Cor: 7 v 1. Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et Spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Colos: 3 v 5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam pravam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. 2. Ridiculum, quia omnes exteriores, lasciviam animum indicantes, aut ad lasciviam irritales actiones, solertissime vitat. Ephes: 4 v 29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. 5 v 4. Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. – Cogitationes lasciva, tunc solum peccaminosæ sunt, quando voluntaria sunt, et conversus in eis prabetur. – Jam autem violatio pudicitiæ peccaminosa ideo: quia ut jam ex corde lascivo procedit; aut quia ad lasciviam disponit et alios etiam irritat. Vitium castitati oppositum vocatur luxuria, et libido, major gradus libidinis dicitur sala citas.

13. Causæ luxuriæ. Causa luxuriæ non est, ut putatur, sola vehementia stimuli carnalis, hanc enim Deo adjuvante refrenare valemus; sed causa est 1. Negligentia parentum, et educatorum debite prolis, non invigilantium. 2. Mala societas. 3 exigua cura pudicitiæ. 4. lectio librorum amatoriorum. 5. intemperantia. 6. Calida alimenta, quæ sumuntur; indoles. 7. exempla. 8. Otium. 9. nimis longus somnus. 10 evagatio oculorum. 11. liberior cum personis alterius sexus conversatio, et vel maxime secreta conversatio. 12. denique ignorantia, irreligio, et prosperitas. –

14. Casti castus ad id nos obligant. 1. Momenta Christiana Religionis. a voluntas Dei est, ut simus casti. 1. Thess. 4 v 3. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione. b Ad castitatem vocatus est Christianus per suam Religionem: ibid. v 7. ideo consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate et tribulatione nostra per fidem vestram. c Luxuria est vitium gentilium Christianos minime decens. Rom: 13 v 13. sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione. 1 Cor 6 v 13. Cibus ventri, et venter escis et hunc et has destruet, corpus autem non fornicationi, sed Domino et Dominus corpori. v 20. Empti enim estis pretio magno, glorificate, et portate Deum in corpore vestro. d Luxuria est vitium grave excludens a Regno cælorum. Job. 31. v 1. Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de Virgine. Galat 5 v 16 Dico autem Spiritu ambulate, et desideria carnis ne perficeritis. Eph: 5. v 3. 5. Fornicatio autem, et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. – Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in Regno Christi et Dei.

Momenta Rationis

1 Luxuria est vera degradatio viri ipsius. Quid turpius quam subjicere corpus et membra sua concupiscentiæ ad perversendum Ordinem, ad propagationem generis humani in viticulum? Sedat personam Hugo. 2. Est summus contemptus Personæ cum qua exercetur: non tractatur enim dignitati suæ conformiter, sed tanquam res vilissima, cum qua ut libet disponi possit. 3. Est summa vilipensio humani generis, cujus propagationi obex ponitur. 4. divertit a Deo et virtute, est origo multorum peccatorum

Zelo

Zelotypiæ, Suspitionum, Celi, risarum, prodigalitatis, fastidii, Spiritualium ac. 3. Ad gerenda debite status Officia reddit hominem incapacem: est enim mens luxuriosi distracta – ubi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum. Hæc ex causa contraria est etiam amori erga Proximum et erga commune bonum. Luxuria est una ex precipuis causis cur tam pauca Saluti Reipublicæ profutura fiant inter homines. 6. Exemplo et artibus suis causat irreparabilia damna.

Reliqua motiva

1. Debilitat intellectum: ultimatim reddit mentem stupidam. 2. inurit notam infamiæ. 3. Parit rei familiaris detrimentum. 4. Turbat non raro pacem domesticam. 5. enervat corpus. 6. Causat fœdissimas infirmitates. 7. Accelerat mortem.

Media contra luxuriam

1. Expende sæpius et vere magnitudinem obligationis ad castitatem, sub N. 14. Esto castus.
2. Da Operam ut primos motus Concupiscentiæ motus carnalis advertas et suffocas. Initiis occurrendum: malas cogitationis mala resistere, et recedere a tali; nam mala cogitatio generat delectationem, delectatio consensum, consensus factum; factum consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem æternam. S. Bern.
3. Stude conservare pudicitiam. Perminimas etiam pudicitiæ violationes, si mitio non emendent pervenit paulatim ad abyssum malitiæ. Id docet ipsa rei natura et experientia. Esto vere pudicus, et habe tui reverentiam etiam dum solus es – cubans et vigilans.
4. Vita volenter omnia quæ excitandis impuris cogitationibus et desideriis ansam subministrant. – Oculi tui ne jaciunt in aliquem figantur in neminem. S. Aug. ad Secundin. Ep. 211
5. Cave intemperantiam: intemperantia enim primus est ad inconstantiæ gradus. Ephes. 5. v. 18. et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sancto. Esus carnium, potus potus vini ventris q saturitas, seminarium est libidinis. S. Hier: Ideo rogat Ecclesia – Carnis terat Superbiam potus, cibiq parcitas.
6. Fuge Otium quod periculosissimum est castitati. – Vitium libidinis facile ex vacantia et otio nam definitio amoris hæc est: anima vacantis passio. S. Chrysost. super Matth. Otia si tollas periere cupidine. Ovid.
7. Evita quantum fieri potest conversationem cujuscumq sexus alterius sexus præsertim adolescentiores caute vidua sevita.

Species luxuriæ

A. S. Thoma jam enumerata sunt sex: Fornicatio, Adulterium, incestus, stuprum raptus, vitia contra nat.

1. Fornicatio est promiscuus concubitus hinc solutis cumqualibet placita persona alterius sexus pariter soluta. Mulier quæ quæstus gratia viris corporis sui usum permittit, vocatur Meretrix, meretricius, scortum, prostibulum.

Cavenda Fornicatio

1. Prohibetur hoc Vitium ex Christo Matth 15 v 19. 20. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes &c. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. 1. Cor: 6 v 9. An nescitis quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? nolite errare neq fornicarii. Hebr: 13 v 4. Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus. 2. Juxta continuam Ecclesiæ doctrinam fornicatio est grave peccatum. Peccatum fornicationis tetrahale habet culpa S. Aug: L. de bono Conjug. 16. Ideo in Concilio Viennensi damnata fuit propositio contraria – fornicatione in tentatione commissa, cui ad id natura inclinat peccatum non est. –
3. Fornicator peccat in personam cumqua fornicat, quia utrem vilissima tractat, et fornicatione ad promovendum ejus infortunium concurrit. – 4. Peccat in Prolem, quia ejus educationi, ut oportet, prius

ad

Ad Prolis educationem n requirit solu cura matris a qua nutrit, sed multo magis cura Patris, a quo instituenda et defendenda est. S. Thom: — S. Peccat in societte humanam: impedit enim omnia illa commoda, qua ex Ordinato Matrimonio in Civitte redundant: praterea in Societte humana propagat morbum pestilentissimum, cujus effectus, ad varias usq generaones extenduntur. 6. Peccat in se: Nam continuata fornicatio debilitat, et corrumpit animum ita, ut n tantum erga Deum et Virtutem frigidus, sed auctis peccam in immensum carnalibus stimulis ad omnes fere Veneris species proclivissimus reddat. Gerat praterea Vir corporis, et luit communiter debitam in vemetipsa peccati sui panam. —

2. Incestus est peccatum luxuria cum consanguinea, vel affini intra gradus prohibitos.

Incestus cavendus est

1. Inhibet alioquin jam generatim per prohibitionem luxuria: in Specie vero 1. Cor: 5 v1. Omnino audit inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis, nec inter gentes, ita ut uxorem Patris sui aliquis habeat. Lev 18. v. 6. Omnis homo ad proximam sanguinis sui n accedet, ut revelet turpitudinem ejus. Ego Dominus. Deut: 27 v 20. Maledictus qui dormit cum uxore Patris sui, et revelat operimentum lectuli ejus: et dicet omnis populus Amen. 2. Est Violatio honoris qui debet Parentela. Hac ex causa turpior e fornicatione. — Nervus quomodo in nulla vereanda quidda naturale, atq laudabile, ut cui debet causa propinquitas vereandus honore abea contineat. S. Augustinus de Sal.

3. Stuprum est concubitus cum Virgine. — Stuprum est gravius peccatum simplici Fornicatione — Superaddit enim Specialem malitiam, ac deformitatem fornicationi, in specie luxuria sit: S. Thom: Aug: Aggravant illud in Specie mala qua per illud 1. Virgo 2. ejus amicitia, 3. Publicus ipse patitur.

1. Virgo defloratus, facit jacturam famae, adqua evitanda n raro citi, mediis abortu procurantibus; amittit inter na tranquillitte; amore Parentu; Spe felicis matrimonii; Moralis ejus status communiter deteriorat. Plerug enim continuant Virgines hujusmodi corruptu priore impudicitiam, et ultimatum efficiuntur meretrices.

2. Amicitia Parentes et amici, summo animi affiiuntur pudore maxore, quo non raro etiam desperant; imponitur eis onus diutius alendi filiam; magna inter eos exoriuntur dissidia. —

3. Publicum amittit ea commoda, quae ex Virgo non violata, qua honesta conjux et Mater prodisset; patit maxima detrimentum perinde, quod defloratae Virgines praecipue qua pauperes sunt, quaestum corporis sui porro facere, et ita exercitorum numerum in maximu damnu publicu, augere volent. Stupratio violenta est summa injuria qua Virgini infertur: multo gravius ergo peccatum illa, qua consentiente Virgine fit. Virtuti vero Virginis corruptae non est stupratio violenta adeo nociva, ut illa, qua precibus, vel adulatione evincitur. Deuter: 22. v 26. Puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam quemadmodum surgit contra fratrem suum et occidit animam ejus, ita et puella perpessa est. Violentia enim odium qua in proximum ad illud excitat. Adulatoria vero concupiscentia inflamat; in adultero vo perseverate mala voluntate indicat Violatio personae Deo sacrae, aut actus venereus a persona Deo sacra, vel in loco Deo sacro commissus dicit Sacrilegium; est ita peccatum multo gravius fornicatione simplici, et stupro: supponit enim multo Majorem malitiam voluntatis. Ecclesia in illud ut ex Jure Canonico constat, semper gravissimas poenas advertit. Clericos Sacrilegos ad altaris ministerium non admisit. Monachos

vero

vero et Monachas Ecclesiarum coetu, et conventibus eliminari jussit. — Ipsi gentiles a virginibus Vestalibus summam castitatem exigebant, et violatam severissime puniebant. — Si persona Sacri-legium committens sit ligata voto solemni, vel utrag sit Deo sacra, aut huc cumqua peccatar sit penitens: hæc omnia stantia delictum aggravant. —

1. Raptus est violenta abductio Mulieris explendæ libidinis causa. Circumstantia illatæ vis aggravat hoc peccatum. Ideo volebat Ecclesia raptores, si Clerici erant gradu suo deiicere; si laici, excommunicare. Concil. Chalcd. Can. 27. Frid. Sess: 24. Cap. 6. — Quid autem si abducat puella si abducat consentiens, invitis suis Parentibus.

2. Peccata contra naturam. Peccatum contra naturam est frustratio humani seminis, quod ad generationem datum est. Cujus species sunt 1. Mollities. 2. Sodomia. 3. Bestialitas. —

1. Mollities est voluntaria Corporis pollutio, seu humani seminis extra Matrimonium effusio. Solet alias vocari Onania ab Onan de quo Gen 38. scriptum est; cujus peccatum tamen in eo positum fuit, quod ne proles haberet, semen effuderit. Sed v. 10. additur: Et id circo percussit eum Dominus, quod rem detestabilem fecerit. Voluntaria dixi: contingit enim quandoq etiam involuntaria e.g. ex natura debilitate, ex morbo, in somno nulla previa data ei occasione; ex robore naturæ superfluum semen expellentis &c: In his casibus patet imputari eam non posse — Corporales motus non pertinent ad meritu, vel demeritu, nisi secundum quod a voluntate tanquam a principio causant: et ideo si illi motus sint omnino involuntarii non peccatis. S. Thom. Voluntaria potest esse vel in se, vel in causa. — Voluntaria pollutio est grave peccatum. Id apparet 1. ex Scriptura Gen: 38. v. 9. 10. 1. Cor. 6 v 10. Nec molles regnum Dei possidebunt. 2. Est summa abjectio sui ipsius et summa vilipensio humani generis: quia per illam innata vis generandi frustranea efficitur. 3. reddit hominem ad Matrimonium, efficacissimum contra hoc peccatum medium, incapacem, et ita impedit populationem. 4. funestissimos causat effectus quod ad corpus, et quod ad Spiritum. Ad habitum pervicta difficillime deponitur, et quo imaginatione causat, adhuc magis nocua est directe enim vires Spiritus aggreditur. — Media liberandi se ab hoc malo sunt 1. frequentior et seria gravitatis hujus peccati consideratio. 2. Occupatio. 3. Sobrietas. 4. Mentis distractio. 5. Medicamina. Ultionem cum adire non abstineret pudor. Et præcipue: Oratio, novissimorum seria meditatio, ac Prudens Confessarius. — Sodomia dividitur in imperfectam et perfectam. Imperfecta est inordinatus concubitus, sive extra Matrimonium, sive in Matrimonio per quem generatio prolis impeditur. — Illicite et turpiter etiam cum legitima concumbitur, ubi proles conceptio devitatur: quod faciebat Onan filius Judæ, et occidit illum propter hoc Deus S. Aug: l. 2. de Adult. vi Conj: c 12. Inter conjugatos est hujusmodi concubitus damnatus inter non conjugatos — Perfecta est Concubitus ad personam ejusdem sexus: seu potius. Omnis luxuriosa ejusdem sexus damnatio. Peccatum hoc tanquam absurdissimum naturali Ordini directissime adversum damnat Scriptura Rom: 1 v 26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœmineæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Gen: 19. totum caput, Lev: 20 v 13. Qui dormierit cum Masculo coitu fœmineo, uterq operatus est nefas, morte moriantur, sit sanguis eorum super eos. Ecclesia pœna excommunicationis plectebat Concil. Later: III. Lex Civilis sub Theodosio Justinianis addicebat — Flagitia quæ sunt contra naturam, ubiq ac semper detestanda, et punienda sunt, qualia Sodomitorum fuerant, quæ

" que si omnes gentes facerent eodem criminis reatu divina lege tenerentur; quas non vi fecit
homines ut se illo uterentur modo. S. Aug: L 3 Confes:
Bestialitas est venereus usus bruti. Hæc exorbitantissima libido, ab eo nonnisi, qui homine
exuit, ignorantissimus, et in abyssum salacitatis iam demersus est, committi potest. Moyses ipsum
capitis distavit Levit 20. v 15. 16. Qui cum jumento, et pecore coierit morte moriatur: pecus quoq;
occidite. Mulier quæ succubuerit uilibet jumento, simul interficietur ei eo: sanguis eorum super eos.
Utraq etiam Potestas Ecclesiastica et Politica gravissimis pœnis in eam semper animadvertit.
Luxuria imperfecta. Per luxuriam imperfectam intelliguntur cogitationes obscenæ, aspectus
libidinosi, Verba et colloquia lasciva, osculæ amplexus, et tactus lascivi. – Etiam hæc luxuria
solertissime vitanda est: ducit enim ad peccata luxuriæ graviora. In imputatione videndum
præcipue est, quæ deliberatio habuerit locum? an voluntas sit ipsa iam lasciva, an non?
In imputatione sermonum de attendenda est etiam in specie circumstantia scandali,
est enim certissimum hujusmodi exempla cooperari, ipsi plurimum ad propagationem luxuriæ in vitæ hmæ.

VII. 1° Hilaris mens è Antidotum infirmitatis Magna cum corrodunt cum corpore mentem. Hæc ex cuni-
sa varia temperamentum hæris, qui vibices etiam adversos eventus cordi in multum summit, temperamentum felix
Qui illum habet superfluas valde excitat curas et conscientiæ bona conservare ad laboret. Bona conscientia è promotrix hilaritatis.

VIII. 2° Exhilarationes animi. Per exhilarationes animi, intelliguntur eæ res, per quas animæ sensationes excitan-
tur, e pure Spirituales e.g. Meditatio; vel corporales e.g. saltus vel musica eg peregrinationes.
3 Exhilarationes animi in genere suo licitæ. Hoc colligit. 1. Ex ipsa creatione, quæ tam diversa
bona nobis suppeditat, ut eis fruamur cum lætitia Psal. 103. v 14. 15. Producens fœnum jumen-
tis, et herbam servituti hominum. Ut educas panem de terra, Et vinum lætificet cor hmis
Act. 12. v. 17. Annuens autem eis manu ut tacerent narravit quomodo Dominus edu-
xisset eum ex carcere, dixitq; nuntiate Jacobo, et fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.
2. Ex natura hmis, quæ indiget remissione, ut officia sua perfecte adimplere possit. Arcus nimis tensus frangitur.
3. Ex Scriptura quæ ad lætitiam excitat. Eccles: 3. v. 12. 13. Hoc itaq; visum est mihi bonum ut comé-
dat quis, et bibat, et fruatur lætitia ex labore suo, quo laboravit ipse sub sole, numero
dierum vitæ suæ quos dedit ei Deus, et hæc est pars illius – Non enim valet recordabitur
dierum vitæ suæ, eo quod Deus occupat deliciis cor ejus. 9. v 7. Vade ergo et comede in læ-
titia panem tuum, et bibe cum gaudio vinum tuum; quia Deo placent operatus. 1 Tim.
4. v 4. Quia omnis creatura Dei bona est, et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.
4. Ex exemplo Christi Luc: 14. v. 1. Cum intraret Jesus in domum cujusdam principis
Pharisæorum Sabbato manducare panem. Joan: 2. v 2. Vocatus è autem et Jesus et discipuli ejus ad nuptias.
4. Licitæ sunt exhilarationes animi tantum illis à quo fini suo, hoc est, refocillationi corporis

eg

et Spiritus, accomodata sunt. b quæ nec propriæ, nec alienæ virtuti periculosæ, sed potiùs profuturæ sunt
c quæ adimpletioni aliorum officiorum impedimento non sint. d quæ statui, ætati, decoro, et facultatibus proportionata sunt.
3o Christianus illa uti debet. 1. Moderatus ita utatur rei familiari, nec sanitati, nec tempori,
et negotiis status noceat. Omnis enim exhilaratio est tantum medium ad refocillandas
vires, non vero finis. Huc potest applicari illud: est modus in rebus, sunt certi denique fines,
quos ultra citraque nequit consistere rectum. 2. Pius. Pius est, si nec tuæ, nec alienæ virtuti
sit periculosus Rom: 14. v 13. 20. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non
ambulas secundum charitatem. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est.
Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculum manducat.
1. Cor: 8. v 9. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. V. 13. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Cap. 10. v 23. 31. Omnia mihi
licent, sed non omnia ædificant. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in
gloriam Dei facite. Si frumdo Benefactoris non obliviscaris Act. 14. v 17. Hæc dicentes vix sedaverunt
turbas, ne sibi immolarent. Colos. 3. v 17. Omnia quæcumq; faciatis in verbo, aut in opere, omnia
in Nomine Domini Jesu Christi gratias agentes Deo, et Patri per ipsum. 1. Tim. 4. v 4. Quia omnis
creatura Dei bona est, et nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Si continuo
tibi invigiles, ne usu earum abripiaris, et aliquid dignitati tuæ inconforme admittas. Si omni
occasione, quæ te ad operandum bonum eis durantibus offert, utaris. Talis occasio offert se
præcipue in exhilarationibus vocalibus. Hic datur non raro occasio ignorantem docendi,
errantem benigne corrigendi, animos divisos conjungendi, absentium famam tuendi,
mœstos erigendi, bona consilia suppeditandi, pro eo, qui ope eget, intercedendi.

Quædam Species Consuetarum Exhilarationum earumq; Moralitas

1. Convivia, per quæ utcunque nullum officium lædatur, sunt vera Patriarchalia gaudia, ad refocillationem
virium, et corroborandum Spiritum charitatis aptissima. Ipsi ipsius exemplo sanctificata. Matt: 11. Luc: 14. Joan: 2.
Talia volumus quæ illis similia sunt, de quibus Luc. 14. v 12. 15. sermo est, aut quæ ex sola gula pararentur,
rei familiari nocent, multum temporis, et sæpius absumunt, temperantiæ, et honestatis limites excedunt
a Christiana Religione improbantur. De his in veritate dici potest Eccles: 40. 3. Melius est ire ad domum
luctus, quam ad domum convivii. Non perditorum ad panitum tollimus, sed consuetudinis pro-
pensionem, tanquam calamitatem ei spectatam habemus Clem: Alex: Pæd. l. 2. c. 1.

2o Spectacula id est Comœdiæ suos habent Curios, et defensores. Sunt qui eas universim ut scholam virtutis
extollunt, et ipsis planè Sacris dictionibus anteponunt: et sunt qui eas universim velut proximæ periculi
occasionem fugiendas esse statuunt sententiæq; suam Sanctorum Patrum Authoritate confirmant.
Ego tamen justo faciendum esse discrimen inter Comœdias et Comœdias. Comœdiæ quæ Comœdiæ universim
improbari nequeunt. Si ita comparatæ sint, ut comparatas esse oportet, id est si in eis utilia, aut innocua,
modo ad distrahendum innocue animum accomodata præponant. Quæ Moralis eas condemnet?

Ita

Ita comparata utiles sunt: dixi enim in illis prudentia, decorum, conversatio politior, sermo cultior, declamatio, actio, et virtus etiam potest. Concionibus vero, etiam ita comparatas, comparare erubesco; anteferre plus erubesco. Si enim ipsa haec verba Comoedia et Convivio, si finis utriusq, si Personae, si locus, tempus, et circumstantiae consideretur, mirandum profecto est, inveniri homines tale quid proferentes. Quare multi ne et, qui per theatra in Urbe ja professi sunt? Quod Sancti Patres Spectacula damnantes attinet, observandum est, non condemnasse eos Spectacula universim, ut spectacula sunt, et Spectatores distrahunt: sed condemnasse eos spectacula Gentilium in quibus cultus Deorum commendabat, et atrocitas, luxuria, aliaq vitia implantabant. Id ex ipsis Sanctorum Patrum verbis elucet – Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum in arena Circium cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae de Sert. de Spectac: Is certe non peccat, qui spectacula Auditorium lascivis, scholam intemperantiae, et impudicitiae dixerit. S. Chrys: Talia Spectacula, quae aut Materia sua, aut producendi modo, virtuti periculosa sit, et hucusq illicita, et Deo vitanda. Regula circa spectacula sunt sequentes. 1. Ita nonnisi adeunda sunt, quae virtuti periculosa non sit. Cui ignota sunt exquirat judicium prudentis, et probi amici. 2. Spectaculi tempore phantasiae solerter invigilandum est. 3. Ad passionem usq hoc distractionum genus non excrescat. 4. Risu famigeriari non liceat. 5. Adimpletione officiorum status non impediat. 6. Ab eo, cui propter individuale moralem infirmitatem periculosum est, aut cujus praesentia infirmis offendiculo esset, non frequentanda. 3° Chorea, seu saltus Mariis, et Feminis ad invicem cadentes musicis conformati, illi nonnisi veri possunt liciti, per quos decorum, honestas et pudicitia non laedit, vires non defatigant, sanitas detrimentum non patitur, et temporis jactura non sit – Utinam omnes praecipue ajuvulgus, ita comparati forent! Omnibus aliis praeferendi sunt illi, qui publice, honesta in societate, ubi omni dissolutioni praecavetur, fiunt. Qui infirmitatis suae sibi conscius est, ab hac distractione abstineat – Qui sibi in choreis peccati mortalis periculum timet, si accedat peccat mortaliter. Idem dicendum si rationabiliter timere debeat. S. Carolus Borrom. Opusc. de Choreis.

4° Ludus potest in veritate ita definiri, quod sit: occupatio Otii In dijudicanda ejus moralitate videndum est. 1. Qualem ludum ludas? an talem qui fini suo correspondet? an non prohibitum? 2° Quo ex fine ludas? Unicus finis ludi est relaxatio mentis. Qui ludit tantum ad fallendum tempus, ignorat quomodo utendum est tempore? Qui ludit ut lucretur, ludet brevi ex passione – Qui ludit ex passione est infelix. 3. Quo pretio ludas? an tuo, et colludentium rei familiari proportionato? Ludere magno pretio est irrationabile. Nemo libenter perdit. Qui ludunt magno pretio, conveniunt quasi inter se, ut se velint humaniter despoliare. 4. Quomodo ludas? an absq dolo? an remota et placata mente? absq ira, clamoribus, invidia &c. Para avis luctor ubi aequo aequalis. 5. Quamdiu ludas? an non cum magna temporis jactura, et officiorum tuorum neglectu? – Ex dictis perspicitur, quales qualitates debeat habere ludus ut sit licitus? – Nota 1. Ludus quo vires corporis roborantur, aut mens amoenitate occupatur est homine dignissimus. – 2. Ludus solitorum cum vita sedentaria non bene convenit. Vulgo videtur fortius dissuadendus. Pro vulgo sunt ludi publici Optimi. 3°

3. In omni lusu regnat egoismus? – 4. Qui affectus, qui lusu tam facile excitant, moderari nō potest, nisi
5. Lusus sic dicti Hazardii sunt jam in se summe nocui, et insuper transgressio legis Principis terræ.
6. Lusu alearum, aut Sortina fortunam cogere velle, est seipsum spoliare.
7. Unde natum est illud Proverbium – Optimus lusus nihil valet.

Articulus 3.us De Cura perficiendi Corporis

1. Perfectio Corporis completitur in re 1. Conservatione et perfectione membrorum ac Virium Corporis. 2. Pulchritudinem. 3. Decorum. 4. Vestitum Corporis. –

I 2. Conservatio et perfectio membrorum, et virium Corporis. 1. Cura conservare singula membra corporis: Nam nullum est tuum, nullum est superfluum: singula sunt ad promovendum bonum aliorum membrorum ad gerenda negotia, et adimplenda Officia ad tuum et proximi bonum utilissima. Hoc innuit S. Paulus toto capite 12. Epistolæ 1. ad Corinth: Ne membra ipsa corpus considera: qui tibi ut reliqua corporis partes non comites solum virtutis, sed ministri etiam videbantur. Cui desp: Mutilatio est turpis sui ipsius despectus. – Illicitum est ergo seipsum mutilare. Qui id fecerunt ad subterfugiendam malitiam peccant insuper in terræ Principem, et in Patriam. Quid fieret, si quilibet ineptum se ad militandum redderet? Ideo abominabat etiam primitiva Ecclesia eos, qui ne milites fieri cogerent, se mutilabant. –
Quid sentiendum est de mutilatione ad vitandas tentationes carnis? R. Damnabilis est. Saluti Spirituali semper potest aliter subveniri, quam per membri præcisionem: quia peccatum subjacet voluntati. Juvat nos esse castos, et non infirmos. S. Basil. Ecclesia talem clerum rejiciebat Conc. Nic. Deut. 23. Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, et abscisso ventre Ecclesia Domini. Amputatio vero membri alicujus ad conservandum corpus in toto inducta, sed insuper prætecta.
3.o Perficere membra id est cura ea reddere robusta, et agilia. Per id enim roborantur etiam vires spiritus, simusq ad agenda negotia aptiores. Ideo amabat Græcia balnea et corporalia exercitia.

II 4. Decorum. Per decorum intelligitur actionum externarum, cultus, gestuum, motionum corporis, sermonis, ad naturam, et politiorum judicia, conversationemq conformatio. Hoc facit id conversando, nō volum non displicearmus, sed insuper etiam placearmus. Decoro opponit rusticitas, inurbanitas, et fabricatio. Hæc olim. Cura decorum 1. id præcipit Scriptura 1. Cor: 13. v 4. Charitas patiens est, benigna est; Charitas nō æmulatur, non agit perperam, nō inflatur. Vertit Syrus interpres li perperam vertit barbare. Philip: 4. v 8. Deinceps fratres quæcunq sunt vera, quæcunq pudica, quæcunq justa, quæcunq sancta, quæcunq amabilia, quæcunq bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, disciplinæ hæc cogitate. Colos: 4. v 5. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, redimentes tempus. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut quomodo oporteat vos unicuiq respondere. 2. Potest hoc æstimatio, quam tibi ipsi debes. 3. Amor erga te ipsum: affert enim decorum multa commoda. 4. Amor erga proximum: decorum enim ducat animos alios flectitq eos ad ea, quæ in Proximi gratiam ab illis flagitamus. – Quod idem decori gradus ab omnibus postendi nō possit: sed ratio statuum habenda, ubi se patet. –

Quomodo

Quomodo dicit decorum? R. Non tam multitudine Praeceptor, quàm potius observatione ipsius naturae, exemplis, usu, experientia. Bonus animus juto etiam hic plurimum conferti saltem ubi adest, instituuntur recte etiam omnes actiones externae, ita, ut non facile offendant.

III. 3° Pulchritudo Corporis est apta membrorum compositio, quae delectat. Includit etiam in se veluti Venustatem. Haec pulchritudo cum donum Dei sit, perquod diversa, et vera commoda obtineri possunt, non è negligenda, sed potius liciterum mediorum usu conservanda. Est autem haec pulchritudo, tantum pulchritudo accidentalis mutationi obnoxia; et si cum essentiali conjuncta non sit, verum valorem non habet. Cave ergo ne propter illam superbias, et eum, qui illa, absq; sua culpa caret, contemnas. Sed cura potius ut ei pulchritudinem essentialem adjungas. — Pulchritudo essentialis est pulcher et bonus animus, qui se in omnibus actionibus externis manifestat. Hujus curam commendat Scriptura praecipue Colos. 3 v. 4. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Nam qui habet placet Deo, et etiamsi cetera facie, et corpore deformis sit, praestat multum etiam venustissimo ea carente. — Deformis turpis proprie nemo dicendus è, nisi is, qui actionibus externis animum coelestem prodit. —

Quid de pigmentis faciei statuendum? R. Usus pigmenti est l. quasi tacita correctio Creatoris. Finxit enim homo a Domino Deo suo: bonum habet artificium, noli bonam deleve picturam S. Ambros: Manus Dei sunt, quando id, quae ille formavit, reformare et transfigurare contendant S. Cypr: de discip: et habit: Virg: 2. Noxius è Virtuti: quatio faciei è quaedam species fictionis, per quam dicunt homines etiam mores fucare, id est, hypocritas agere. 3. Noxius è plus minus Sanitati: quae jam demum cum sit pigmenti Materia. Haec de usu pigmentorum in genere. In particularibus tamen ea sibus inesse imputatione considerandum est semper ejus causa. Possunt quandoq; tales adesse circumstantiae, quae aut prorsus excusant, aut saltem aliquam imminuunt. Idcirco animadvertit S. Thom. 2. 2q. 169. a. 2. Non semper talis fuatio est cum peccato mortali; sed nec solum quidem fit propter lasciviam, vel vel Dei contemptum.

IV. 6° Vestitus. Quali proprie novo oporteat uti vestitu, cum in parte multum e circumstantiis dependeat, Christiana Moralis non determinat. Quantum autem tamen ex Libris Novi Testamenti, iis quibus de vestitu verum est occurrit, et ex fine, ob quem vestitu egemus, qui vestitus, et conservatio, corporis est, colligi; haec circa eum servanda sunt Regulae: 1. Sit honestus, nec honori, nec professio, nec alicui virtuti noxius. 1 Tim 2. v 9. Similiter et mulieres in habitu ornato, cum verecundia, et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Vestitus qui vel lasciviam indicat, et ad lasciviam provocat Omnibus indignus è. Denudatio iubenem apud mulieres spectatum do oculos pudicos offendet, Sanitati etiam nostrae est. 2. Sanitati inservias. Non a similiare ergo Vaniculis, qui corpus, aut vestibus sufficienter non tegunt, aut minus comprimunt. Nec avaris, qui ea, nec necessarium vestitum faciunt: nec denique deliciatibus, qui continuo meta ludente sanitatis anguntur, et ideo, vestibus, quasi pulvinaribus septi sunt. 3. Mundus. Immunditia est contemptum, non enim Sanitati stat causam suspicienti de inordinato statu cordis. Pauperrima, etiam attrita vestis, dummodo

munda

mundus sint tamen placet. Precipue autem mundus, et dum fieri potest, ornatior sit vestitus tuus diebus Dominicis et festis. 1 Tim. 2. v. 9. – 4. Rei familiari attemperatus: ne propter vestem tuam, tu, proles, debitor, aut pauper patiatur. 5. Statui et introducte consuetudini accomodatus: singularitas enim, et discrepantia ab introducta consuetudine offendit, et exponit risui. – Ex his Regulis de Vestitu facile colligi potest, quis ornatus Domus et Cubilis Christiano sit licitus? Illi moralistæ qui omnem absq; discrimine ornatum damnant meminerint S. Aug: Epist. 246. cap. scribentis. Note ut de ornamentis auri, aut vestis properam habeas in prohibendo Sententiam. Et S. Thom. 2. 2. q. 169. a. 2. scribentis – Si mulier conjugata ad hoc se ornat ut viro suo placeat, potest hoc facere absq; peccato – quia id est levitate, vel vanitate quadam facit, non sempenest peccatum mortale, sed quandoq; veniale. Nota 1. In mutanda forma vestium regat Christianum semper prudentia, ne aut rei familiari noceat, aut vanitatis argui possit. Hæc ratio vestium magis profana est, retinet, si alteroquin commoda admittat, mutanda. – 2° Amictus corporis enuntiat de homine. Eccles. 19. v. 27. Amictus corporis et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo. – 3. Qui solummodo ornatum vestium curat, et ornatum animi, qui principaliter curandus est negligit, similis est exornate statuæ vitâ carenti 1. Petri. 3. v. 3. 4. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locupletes. – 4. Qui vestitu superbit, pauperem contemnit, aut vestitu aliorum ad invidiam provocatur, desipit. – 5. Illi vestibus alterius sexus absq; necessitate erat Gentilibus in Sacris Veneris consuetum, et vetitum est Deuti 22. v. 5. Non induetur mulier veste virili: nec vir utetur veste femineâ; abominatio enim est apud Deum, qui hæc facit. – est propter seductores innocentiæ periculosum, et lædendæ pudicitiæ occasio. Cur mentiris hominem, vel tu femina Virum? vetis unumquemq; vestu induit „ natura vestimentis. Mendacium et in verbo est, et in habitu. Si vere dixeris inconveniens est. Merito illic non servatur castimonia, ubi non servatur vestis distinctio. S. Ambros. Epist. 69. ad Irenæum. Potest tamen id fieri absq; peccato propter aliquam necessitatem, vel causa se vestiendi ab hostibus propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid hujusmodi. S. Thom: 2. 2. q. 169. a. 2. ad 3.

Caput 3um De cura Bonorum Temporalium

1. Nomine Bonorum Temporalium id est externorum, venit honor et facultates. Verum horum bonorum pretium venit a recto eorum usu. Curanda esse Christiano hæc bona patebit ex dictendis
2. cura Salutis, et cura bonorum temporalium sibi non adversantur. 1. Utrag est præcepta. 2. Ordinata bonorum temporalium cura, est simul etiam cura salutis. 3. Ipse Christus etiam gessit curam honoris, et laboravit. 4. Paulus et Sancti, quos jam cælum tenet fuere idem. – Quod multi ex vulg credent curâ salutis, cum cura bonor temporalium componi non posse; hujus ratio est erronea, quam sibi singuli de cura salutis idea; cogitant enim consistere ea in continua Oratione, spirituali lectione meditatione

Ad

Articulus 1us De Cura honoris

1. Honor est aestimatio, quam apud alios habemus, et quam nobis etiam externis reverentiis signis manifestare volent. Fundamentum hujus aestimationis sunt praerogativae quas possidemus. Haec sunt vel accidentaliter tantum nostrae quas absq nostra cooperatione obtinuimus. (Nobilitas hereditaria de vel propria nostra quas primâ cooperatione acquisivimus eq.) vel doctrina, Virtus, de Ita plerumque bonam de nobis apud alios aestimationem, quâ si propagatur bona fama, et si unanimi plurimorum judicio confirmatur, gloriâ ditatur. Curare ergo honore, est curare, ut tibi apud alios aestimationem compares, et comparatâ conserves.

2. Curare honorem jubet Christiana doctrina 1. Eccles: 41. v 15. 16. Curam habe de bono nomine: haec enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni. Bona vita numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in aevum. Rom: 12. v 17. Nulli malum pro malo reddentes, providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus Philip: 4. v 8. De caetero fratres quaecunq sunt vera, quaecunq pudica, quaecunq justa, quaecunq sancta, quaecunq amabilia, quaecunq bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate. 2. Christi ipsius exemplum, quem contra Pharisaeos calumnias honorem suum defendisse novimus. Huc exemplum imitatus est Apostolus 1. Cor: 9 v 15. Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis mihi evacuet. Videatur Caps: 12. 11. Cp: 2. ad Cor: 3. Cura honoris est etiam Virtuti summe proficua. Honor retrahit potenter a malo, et incitat fortiter ad perseverandum in bono. Amissus vero honor, delevit iam apud multos omnem sensum pudoris, et precludit eos ab abyssum vitiorum. Ideo dicit: Ve homini, qui omnem jam amisit sensum humanitatis.

4. Honorem habendo possumus proximo diversis modis amplius prodesse. Obligat ergo ad curam honoris etiam charitas erga proximum. 5. Honor etiam confert ad promovendam etiam felicitatem nostram temporalem. An non docet experientia multos totam fortunam suam tantum bono suo nomini in acceptis referendam habere? et e adverso multos propter nomen malum, aut ad eam non pertigisse, aut si pertigerunt, eos ea decidisse? Dies porro promoveri ad fortunam saepe etiam melius. 6. Nemo promovetur ultimatus.

6. Quid autem de cura honoris tam multa, cum id naturale nobis sit, ut nemo male de se sentiri, nemo contemni velit? ideo et mali occultant sua malefacta, et transformant se in Angelos lucis. Omnes qui humanitatem non exuimus, agnosimus veritatem hanc dicti, quod Prover: 22. v 1. legitur. Melius est nomen bonum, quam divitiae multae. Omnes nomen bonum, ut alterum, ut post vitam maximum bonum, agnovimus: ideo nihil tam aurbe, quam jacturam famae pertimuimus.

2da Christiana honoris acquisitio. Ut studium honoris Christianum sit, hae tria requirunt.

1.

3. 1. Ut non quæramus honorem apud homines tanquam ultimum finem. Honor vera Dei, sine quo summus etiam honor apud homines nihil est, sit nobis maxima cura Joan: 5 v 44 Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis? et gloriam quæ a solo Deo est non quæritis? 2. Ut ad acquirendum honorem modis licitis utamur. Unicum honestissimum medium est studium Virtutis: Gloriam et honorem non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem S. Aug: L 2. de Civ Dei. 3. Ut in quærendo finem bonum præsertim habeamus, nempe Deo solum quæramus ut plus boni operari, et proximo magis prodesse possimus.

4.° Christiana conservatio honoris. Ad conservationem honoris pertinet 1. Neutram culpa propria pervertamus. 2. Defensio, si laesus unquam fuit. — 1. Cura ne eum culpa propria pervertas. Hæc cura exposcit, ut omnimus ea, quæ vera æstimatione digna sunt, agere; et ipsam etiam speciem mali evitare satagamus 1. Thes: 5 v 22. Quod bonum est tenete ab omni specie mali abstinete vos. Hæc cura eo magis necessaria est, quo difficilius est honorem honorem semel defensum integre rursus acquirere. Etenim quamodum difficile etiam sit tenebras factas jam malas impressiones ex omnibus humanis cordibus penitus emendare. 2. Defensio, si unquam lasus fuerit debet fieri a convenientibus argumentis. Matt: 9 v 1. 8. Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Videntes autem turbæ timuerunt et glorificaverunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus. Luc: 11 v 14. Et erat ejiciens Dæmonium et illud erat mutum. Et cum ejecisset dæmonium locutus est mutus, et admiratæ sunt turbæ. Joan: 5. 8. v 48. Nolite mirari hoc quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei. Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei: nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes? Respondit Jesus: ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, et vos inhonoratis me. 6 Cum debita mansuetudine ut allata viti exempla ostendunt. Ubi nihil prospectura provident vitandum est potius. Matt: 26 v 62. 63. Et surgens Princeps sacerdotum ait illi: nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? Jesus autem tacebat. Deum, qui juste judicat committenda. 1 Cor: 4 v 1. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores Mysteriorum. 1. Petr: 2 v 23. Qui cum malediceretur non maledicebat; cum pateret non comminabatur tradebat autem se judicanti injuste. Et falsitas detractionis perseverantis bona conversatione refutanda. 1. Petr: 3 v 14 Sed cum modestia et timore unquemque habentes bonam in Christo et in eo, quod detrahunt vobis confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. Qui præterea, quos injuste infamatos in bono deseruit, aut plane a bono deviavit, his pia fides imbecillis et amor virtutis exiguus. 5 Ut nullum juvat medium et tua, tuæ, aut magna alicui utilitas id exposcit, confugias ad legitimum judicem. Sunt appellandi casus

Sictne

Licetne ad defendendum honorem detegere vera errata calumniatoris? R. Dum id circumstantiæ exigunt licet: Philip 3.v.2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Minime tamen licitum est, impingere ei falsa crimina, aut plane occidere. —

3° Christianus usus honoris. Christiane uteris honore 1. si eo nō efferaris, nec alios contemnas. 2. Si eo ad vitandū malū, et sequendū bonū inciteris. 3. Si eum ad utilitatem Proximi Spiritualem et corporalem impendas. Ad Spiritualem doctrinis, admonitionibus, exemplis. Ad corporalem opem ferendo, oppressū defendendo, recommendando, intercedendo. Defensio, recommendatio, intercessio honorati multum valet.

Vitia Christiano honoris Cura Opposita sunt

1. Ambitio quæ est immoderatus appetitus honoris, dum honor appetitur tanquam finis ultimus. — Vita ambitionem 1. inhibet, a Scriptura Luc: 14.v.7. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus diligerent. Galat: 5.v.6. In Xto Jesu neq; circumcisio aliquid valet, sed fides quæ per charitatem operatur. 2. Est irrationabilis et turpis, eo quod honorem tanquam finem ultimum vectet, proferatq; honorē apud homines, honori apud Deum. — 3. Est nocua virtuti. Commaculat enim eam per finem obquem operatur bonum. Matth. 6.v.1. Attendite ne justitiā vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Generat multa alia peccata: contemptum aliorum, invidiā, odium erga nō vatis honorantes, vel plus honorantes, hypocrisim, jactantiā, negotionem alicui meriti ejus sibi appropriationem, jactantiam neglectum officiorum, quæ admirationem nō excitant, detractionem calumnias, contentiones, vindictam, homicidium, etiam et suicidium. — Ambitio fatale malū, secretū virus, pestis occulta, dolus artifex, Mater hypocrisis, livoris parens, furoris causa, Citor Origo. Bern:

4. Turbat internam tranquillitatem a Dum alios plus honorari cernit, cogita Aman Ester. 2.6. Dum quod sæpe evenit, nō assequit, sine onu. c dum eum assequitur: siquidem iterum plus appetit. — O ambitio, ambientium crux, quomodo omnes torques! omnibus plus? nil acrius cruciat, nil molestius inquietat: nil tamen apud mortales mi verus celebrius negotiis ejus. S. Bern: l. 3. de consid: Ambitio nō patit quemquam in eadē mensura beatū unquiescere, qua quondā fuit ejus insatiabilis votum:

v Nemo agit de tribunatu gratias, sed unquisq; ejus ē ad Pretura avq; perductus. Si devit Consulatus, nec hoc quidem sufficit, sinuus ē ultra, cupiditas enim nō ubiq; venerit, respicit sed quo tendit. Seneca

5 Civilissa est omnibus hominibus, ut id experientia docet. —

2.° Jactantia et Vanitas sorores sit ambitionis Jactantia ē habitq; prærogativas suas deprædicandi, æquirendæ gloriæ causa. — Jactabundus similis est mercatori, qui omnes suas merces in nundinis exponit. Sicut autem Mercator etiam eas, quæ ejus nō sit mercatui exponit, ita jactabundus nō raro prærogativas sibi effingit, et virtutes alienas sibi appropriat. —

Vita jactantiam: Nam 1. improbat eam Scriptura Galat 5.v 26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi invicem provocantes invicem morientes. Philip: 2.v.3. Nihil per contentionē, neq; per inanem gloriā: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes. Prov: 27.v.2. laudet te alienus et non os tuum, extraneus, et non labia tua. 2. Est vera insipientia 2 Cor: 12.v.11. Factus sum insipiens vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari: Nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum Apostoli: licet nihil sum. — 3. Inquinat Virtutem

Matth

Matth. 6. v. 1. Attendite ne justitiam vestram &c. Justus servanda sunt quæ agimus, si ab interno orbi vicem recipere nostri operis expectamus. S. Gregor: L. 8. Mor: c. 31. Occulta, quæ agis in quantum vales, quod si ex toto ñ vales, vitrianimo ocultandi voluntas; et ñ erit de ostentatione ulla lamentitas. S. Isid. de Conflict. Vit. H. Est Origis plurimi alior peccator, et hominem experitriori. Quis amat gloriabundos? laus proxima sordet. Si ea quæ jactantur falsa sunt, peccatur insuper contra veritatē. Si immoveat mendacium, tum in laudis affectata locum succedit pudor, et fides postea etiam veris narrationibus non adhibetur. An ergo nunquam se ipsum licet laudare? R. Ex bono fine licet 2. Cor: 11. 12. Quod si ergo necesse sit, ut te ab his, quos injuste obtrectantur purges, aut ut alios exemplo tuo ad similia benefacta extimules, aut ut alijs amplius prosis, aut ut quemcumq alium bonum finem consequaris. laudare ejusmodi licitum est S. Chrys: Ser: sup: 11. Cor: c: 11. Non est tamen gloriandum amplius quam veritas admittit, et ad assentionem finis, quem perinde assequi volumus sufficit.
Quid est sentiendum de illis, qui etiam de malefactis gloriantur? R. Isti sunt, ve ignorantissimi, vel corruptissimi hominum: Corrumpunt bonos, et confirmant in malo malos. –

3.° Vanitas est habitus se ostentandi ad excitandam admirationem, et inde quærendam laudem. Hos quibus vanitati ostentant diversissima. R. Omnia fere serviunt vano ad ostentationē: talentū, suppellex, ornatus, minutissima quæq. Fuge ostentationem Vanitatem 1. ad eam fugiendā hortat Scriptura locis jam adductis Galat 5. 26. Philip: 2. v. 3. 2. Indignum est in homine rationali, et Christiano æstimare laudem hominum ut finem ultimū. 3. Est periculosa vero pietati. Duo magis enim desiderium consequendi applausus crescit, et dissipatior, tepidiorq efficit ad pietatem animus. Generat etiam plura alia peccata, ira, invidia, &c. R. Causat negligentiā officior status. 3. Consumit inutiliter tempus. 4. non est non raro etiam rei familiaris. 5. Turbat interna tranquillitē, dum finem suum, quod sæpe fit non consequit. 6. Imminuit æstimationē apud prudentes. Omnis prudens subridet, et compatitur amiculo, tanquam puero minutiis se se ostentanti. – Admittit vero vanitas diversos gradus: ideo in ejus imputatione id præcipue considerandū est: an ea iam in habitum excreverit? an ja a pleno Officijs animū averterit? an ñ noceat tempori, et rei familiari? an ñ negligant propter eā Officia et negotia sui status? Media ad vitanda hæc vitia. 1. Considerent ambitiosi jactabundi, et Vani sæpius, et attente momenta, quæ ad fugienda hæc vitia obligant. 2. Expendant quantū in honore humano sit inane. 3. Recogitent sæpe omni die mane dictum Apostoli 1. Cor: 1. v. 31. Ut quemadmodum scriptum est: qui gloriatur in Domino glorietur 2. Cor: 10. v. 18. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, faciamq primum propositum, nihil per inanem gloriam faciendi. –

4.° Abjectio sui se ipsum abjicit is, qui boni nominis curam non gerit, qui honoris et pudoris laudis et vituperii indifferens est, qui se ad abjectissima servitia offert, qui ut dicimus serpit, et quidquid illi dicant vel faciant nihil curat. – Hujus modi character adversatur directe obligationi curandi honorem.

Articulus 2.us de Cura facultatum

1. Cura facultatum est cura acquirendi, conservandi, et augendi Opes, sive possessiones. –
2. Hæc facultatum cura commendat Divinis Scripturis. 1. Matth 25. v. 27. Oportuit ergo et te committere pecuniam

manu-

meam mammularii, et veniens ego recepissem utiq quod meum est cum usuris. Luc: 16. v1. Homo quidam erat dives, qui habebat Villicum, et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. 16. v. 9. Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula. Ephes: 4. v 28. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis operando quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. 1 Tim. 6. v 9. Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. 2. Huic huc obligatio ex praecepto conservandi se ipsum, et suos. 3. Facultates sunt media ad multa bona operanda. Huic cura non adversantur dicta Scripturae Matt: 6. v 24. Non potestis Deo servire et Mammonae 19. v 21. Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni sequere me. Luc: 14. v 33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Act: 4. v 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, et anima una; nec quisquam eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Non divitias habere sed in eis confidere et non bene iis uti malum est. Mar: 10. v 24. At Jesus rursus respondens ait illis: filioli quam difficile est confidentes in pecuniis, in Regnum Dei introire! 1 Tim: 6. v 18. Bene agere, divites fieri in bonis operibus facile tribuere communicare. Ez: 61. v 11. Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere; divitiae si affluant, nolite cor apponere. Luc: 16. v 9. Homo quidam erat dives qui induebatur purpura, et bysso, et epulabat quotidie splendide. — Non divitiae malum est, sed malus est usus. — Dives eputo non ideo cruciatur, quia dives, sed quia dum in hoc fuit. S. Greg: 3° Immoua acquisitio facultatum. Ad immoderatam earum acquisitionem haec duo requiruntur: 1 Bonus finis, dum ideo eas quis acquirere conatur, ut ubi unicuique providere, et bonum operari valeat. Alius vero ideo finem ut vg. Concupiscentiae voto satisfieri possit, abominatur Chrisostomus Jacob. 5. v 1. 2. 3. Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum aeruginavit: et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis ira in novissimis diebus. 2. Licita seu justa media. — Licita media sunt 1. Labor et industria. 2. Donatio. 3. Hereditatio. 4. Contractus. 5. Occupatio rei quae nullius est. 6 Accessio, dum aliquid rei, quam possidemus accedit. 7. Praescriptio, id est acquisitio juris ad rem alienam, quia ejus Dominus longiori tempore jure usus non est. — Ad Praescriptionem requiruntur 1 Titulus justus, 2. Bona fides, 3. Longius legibus determinatum tempus. 4. Non interrupta possessio. — Bona fides possidet rem is qui alienam ee novit, nec vincere potuit; secus e possessor mala fidei. Illicita media sunt 1. Fossio thesaurorum. 2. Mendicatio. 3. Furtum. 4. Fraus. 5. Monopolium. 6. Compensatio occulta. 7. Detentio rerum inventar. 8. Laesa minus contractio debitorum. 9. Pravitas usuraria. Fossio thesaurorum e fastu superstitionis, credulitatis, cupiditatis habendi, otiositate, frustrationis: deducit ad diversa peccata; nocet rei familiari per neglectum officiorum statuo et inanes expensas, e lege Principis prohibita. Labor e maximus thesaurus. — De reliquis mediis illicitis est uberior sermo.

4to

4° Conservatio facultatum. Facultates conservantur, et augentur bona rei familiaris administratione. Ad quam administrationem requiritur 1. Ordo, 2 Vigilantia. 3. Parsimonia. — Ordo tenetur dum omnia suo loco ponuntur, et suo tempore peraguntur. Quantum in rei familiaris administratione, in Ordine positum sit, ipsa res loquitur. Etiam hic, Ordo est anima rerum. — Vigilantia attendit ne damnum per injuriam causet; ne ulla res ante tempus atteratur, corrumpat, et inutilis reddat; imo et micas colligit teste Joan: 6 v 12. ne pes domesticus v extremos aliquid auferat, ne proxima domestici, v alius culpa ignis in domo exoriat. Parsimonia est prudens moderatio expensarum. Parcus non facit expensas superfluas; in necessaria expendit prius, quam in commoda in omnibus, in alimentis, vestitu, exhilarationibus, sait sibi moderari et servat sæpe modum; ita ut nullum alium officium perinde unquam laedat. Per hoc distinguit a tenax, avarus, qui nec sibi necessaria sanet, nec alii quod eo titulo æquitatis pertinet, dat; nec pauperibus, quod potest tribuit. Strictiori sensu sumpta parsimonia, admonitio dicta, est solers attentio, ne id, quod adhuc usui esse potest corrumpatur, et id, quo ipsi egemus in alios distrahatur. —

5° Amanda Parsimonia 1. Parsimoniam commendant divina eloquia: Eccl: 19. v 1. Operarius ebrius non locupletabitur; et qui spernit modica paulatim decidet. Joan: 6 v 12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. 2. Obligatio ad Parsimoniam fluit ex Obligatione curandi facultates. 3. Parsimonia reddit nos aptiores ad curanda negotia salutis, ad moderandas facilius cupiditates. 4. Sinit ut simus potentes providere nostris, juvandi alios, benefaciendi egenis. 5. Præservat a diversis peccatis, ad quæ prodigalitas reducit. 6. Præservat ab egestate, cum eas conjunctis miseriis: vel maxime tempore infirmitatis, vel senectutis. Inde hæc Regula, qui in senectute egere non vult, sit parcus in juventute. 7. Morte redit tranquilliore mente sibi boni usq bonis unde redituri consuta. —

6° Media ad Parsimoniam. 1. Revolve sæpius obligationem. 2. Examina debite an ea, quæ tibi necessaria videntur, vere necessaria sint, an vero tantum imaginaria? 3. Proventus tuos ultimos præoculis habe. 4. Esto memor temporis venturi. 5. Ama temperantiam in Cibo et potu. 6. Reprime concupiscentiam, quæ singula sensuum oblectamenta ea appetit. 7. Comprime inclinationem, omnia quæ potentes et divites agunt imitandi, eo te æquandi; aut plane hac in parte de primatu cum illis certandi. 8. Suge solicitudinem providorum. 9. Recogita oppida parca, splendidas vestes, et supellectilem nec ea veras prærogativas. 10. Persona omnibus tuis proventibus decerne a puero simpliciter quomodo eos ad bene administrandum domum tuam expendere velis, et instituere sæpius computum expensarum, ut ad superfluas non facias cogiteas. 11. Nil te moveatur irrisio alionum, qui Parsimoniam tuam avaritiam, dicunt.

Vitia Parsimoniæ opposita

1° Avaritia animia cupiditas operis conservandi, et augendi. Solent enim hæc duo ita distinguii, ut nimia opes conservandi avaritia; augendi vo cupiditas habendi dicat. Interi sæpe fere ut hæc ad invicem conjuncta. — Nemo fere cognovit se tam difficulter qua avarus; diversis enim pretextibus avaritia sua excusat, et palliat, ita ut ei plane etiam virtutis nomen tribuat. Necessarium proinde est ad notare signa, ex quibus cognoscere se, et cognosci ab alio possit. —

Sigan

Signa Avari 1. Avarus si possit sibi, et suis etiam necessaria denegaret. 2. Jerg iversatur prestare officia justitiæ. vg solvere debita, operariorum mercedem &c. 3. Ledit æquitatem: premit emendo, vendendo, a familitio exigit rigide omnem minimi etiam damni reparationem &c. 4. Negligit Officia miserioordiæ. 5. Dolet dispaciendo et expensas. 6. Ubi etiã illicitis mediis ad acquirendas opes. 7. Minimu quodvis rei familiaris damnu, sumit sibi nimis cordi. – Ex his signis cognoscenda e an avaritia cor occupet, et ad quæ gravia jam exercerent. –

Causæ avaritiæ 1. Educatio: dum jam Parentes exemplo præeunt. 2. Nimius Valor, qui facultatibus tribuit. 3. Parvus fortasse amor auri, argenti, et aliorum, quæ dũ comspiciunt, delectent. 4. Exigua confidentia in Deum. 5. Nonnunquam etiam passiones eg nonnulli avari sunt, ut ope pecuniæ dignitates assequantur, aut ut concupiscentiam carnalem satiare possint. –

Fuge Avaritiam 1. Jubet id Scriptura: Hebr: 13. v 5. Sint mores sine avaritia contenti præsentibus: ipse enim dixit: non te deseram nec derelinqua. 2. Adversat, directe primis duobus præceptis Legis Religionis Matt. 6. v. 24. Nemo potest duobus Dominis servire &c: Non potestis Deo servire et mammonæ Luc: 16. 13. Homo quidã erat dives qui habebat villicum et hic diffamatus apud illũ quasi dissipasset bona illius. 3. Est radix multor peccator 1. Tim 6. v. 6. 10. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Radix enim omnium malorum e cupiditas, qua quidã appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. Ex illo fluit ut jã S. Greg: in L: Mor: 31. C 17. adnotavit: fraus, dolus invidia, perjurium, proditio, injustitia furtum, etiam homicidium, imo et suicidium. – Cum avaritia aliqui dominat, subiectus malis omnibus demonstrat; quia de avaritia omnia mala oriunt, et peccator omnium ejus fines procurant. S. Aug. de liber: Arbitr. Avaritia nec Deũ timet nec hnem reverett, nec Patri parcit, nec Matrẽ agnovit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat, viduã oppressit, pupillum invasit testimonium falsum protert. Ide de Ver: Dom: Avarus etiã animã suã venale habet. Eccles: 10. v 10. Auri sacra fames, quid non mortalia cogis pectora! 4. Est summa stultitia, stultum est media ut finem ultimum vivacissere: Stultũ e non divitias possidere, sed ab eis possideri. Pecunia ejus inquietudine. – Quis dolore habuit in ipsa vita comspicientia fatigatione, qualiter concupita acquirat, acquisitas alius cum dolor fatigat, ut cum sollicitudine timore custodiat. S. Greg: semper insidiatores metuit, nemini fidit, semper quasi unus alligatus thesauro custodiendo invigilat. Ob minimũ quodlibet damnũ perpessũ lamentat et mœrore consumitur. Nec pario ergo nocet vanitati: Ideo dixit Seneca: Avaro quid mali optes, nisi ut diu vivat. 6. Morte redditur nimis amara. Nemo mortem tam amare, quã avarus. Et tamen nihil, nisi dũ moritur recte fecit. 8. Privat felicitate æterna Mar: 10. v 24. At Jesus rursus respondens ait illis: quã difficile e confidentes in pecuniis introire Regnũ Dei introire. Colos: 3. v 5. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram – et avaritia quæ e simulacrorum servitus. –

Media contra avaritiam. Avarus difficulter emendat, quia se non novit, et insuper sub virtutis larva occultare se novit. Ante omnia alii itaq opus e, ut avarũ se esse agnoscat. Id autem via aliter fieri potest, quã si ex judicio prudentis, et fidelis amici subiiciat. Postquã se cognovit his utatur mediis. 1. Inquirat fontes ex quibus avaritia ejus manat, et eos obturare satagat. 2. Consideret supius allegata supra motiva avaritiæ.

Fuge &c.

fugiendæ. 3. Recordet omni die mane in quę finem vocavit nobis Deus opes, et reddenda nobis esse aliquando de earum usu ratione Luc: 16 v 1. 2. Redde rationem villicationis tuæ. 4. Vesperi vero recogitet verba Christi Luc: 12 v 20. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti cujus erunt? 3. Sit continuo memor Precepti de diligendo Proximo. 6 Conet ex professo vincere aversionem benefaciendi. Recte tunc dum aversione vestit, misereat, pauperis, et benefaciat. 7. Examinet sæpius eleemosynas suas, an tantum, quantum potest largiat 8. Non contemplet et numeret sæpe accumulatum aurum, et argentum. Hæc contemplatio, et numeratio facile resuscitat vetere amore erga idolum. 9 Oret seriò ad Deum, apud quem omnia sunt possibilia Matth 19 v. 26. Aspiciens autem Jesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Cui autem hæc peste nondum infectus est caveat 1. quæ diligentissime initia: crescit enim Avaritia ulterius, et difficultius deponit: Cum cætera vitia senescente homine senescant, sola avaritia juvenescit. S. Hier: Obsequiatur consilio Apostoli 1. Tim. 6 v 6.8. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur his contenti simus. Sufficientia, qua hic Apostolus commendat est vera beatitudo.

2. Prodigalitas est vitium, quo modus in expensis excedit: dum dum nempe superflua & præventibus humanæ data expensa sive in alimenta, sive in Vestimenta sive in supellectile, sive in ædificationes, sive quidcumque aliud infine finit. Ejus causæ sunt 1. irrefrenata passiones: ambitio, gula, Luxuria, &c. 2. Conditio status. 3 Mentis levitas. 4. Seductores. 5. Nimia bonitas, quæ nihil cuiquam denegare potest. —

Cavenda Prodigalitas 1. est enim obligationi curandi facultates directe opposita ut supra dictum. 2. Fini bonorum temporalium, de quibus usu ratio Deo reddenda est contraria. 3. Est perniciosa virtutibus. 4. Statutis animus Prodigi negligit adimpletione Officii status. Seduxit facile ad diversa peccata, partim ipsa prodigalitate, partim per sociis commodo proprio studentes. — Sopitis Conscientia Stimulis ultimatim erga Deum, et virtute totus refrigescit. 4. Alios adhuc post retrahit pessimas sequelas a Egestas et ejus pedissequa, quæ quia insueta intolerabilis accrescit. 6. turbat pacem domesticam. et ad eludendum miseria aut desertores, at plane mortem sibi inferunt. —

5. Conscientia exigilante exsurgit continuo morsu; continuo sibi ipsi abiudendo: tu ipse es tui, et tuæ miseriæ Author, et Morte redditaceptissima: partim ob circumstantes propinquos in egestate derelinquendos, partim ob brevi jam reddenda mone villicationis.

Media evitanda Prodigalitatis 1. Experientia sæpius momenta modo primum recensita. 2. Certandæ prodigalitatis causas. 3. Considerandus sæpius finis facultatum. 4. In memoria revocandum reddenda de aliquando de illarum usu rationem. 5. Utendum fideli amico qui commoneat. His, qui ex nimia bonitate liberales sunt, est fidelis amicus, absq; cujus consilio nihil agant, præcipue necessario. —

3. Cum prodigalitate non confundendus luxus id est ampliores in deliciis, et pompas sumptus. Luxus in discriminatim improbari, et peccati argui non potest. S. Christus Magdalenem in sui honorem factum sumptum non improbavit Joan: 12 v 3. Maria ergo accepit libram unguenti pistici pretiosi, et unxit pedes Jesu. 2. Ipsa a Deo creata diversissima rei delectabilium copia, et ornatu instructa natura Orbis dit, hinc hic Dei donis in usu pate frui posse. 3. Luxus magna præstat utilitate: excitat ingenia, promovet laborem artes, firmat sociabilitatem, alit, et præservat ab egestate millenos homines. — Aliter hic statuendum est de luxu in concreto id est in individuis. Iste in statu, et rei familiaris attemperatus non sit; vi Officio justitiæ aut beneficentiæ aut non deminuens

Officia

Officio impedimento sit, aut si ex malo male fiat fine, peccatu constituit. 2 u damnabilior ejus causa, et sequela, eo damnabilior et ipse.

Usus facultatum. Circa usum facultatum generalis Regula haec est: 1 imponendi in necessaria 2 in utilia 3 in honesta. Ordo expendat sequens statuit potest. 1 primas partes sibi vindicat conservatio vitae et sanitatis. 2 Educatio prolis. 3 Merces Operariorum. 4 Solatio debitor. 5 Tributa. 6 Pauperes. 7 Distractiones animi. 8 Commoditates.

Officia Divitum. Illa exponit Apostolus 1 Tim: 6 v 17. 18. Divitibus hujus seculi praecipe, non sublime sapere, neq sperare in incerto divitiarum sed in Deo vivo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene agere divites fieri in bonis operibus, facile tribuere communicare.

1. Non sublime sapere: quia divitiis nullum habent valore. Omnis eor valor dependet a bono eor usu. Absq bono usu sunt zeno, nihil. Dives nulla habet praerogativam propterea quod Dives est. Animo quidem adorat; eor Deo autem sic populus valet ob merita sua pauper. Divitiis facile seducunt ad malum. Prov: 30. v 8. Mendicitate, et divitias ne dederis mihi, tribue tu victum meo necessaria.

2. Non sperare in incerto divitiar: Non in eis confidere: non affigere eis cor; non facere ex eis Deu suum. Sunt enim 1 incerta: mali hnes, casus, mors, eis privant. 2 Vera felicitas minime in eis consistit: possident cum angustia, non possunt ab infirmitte, nec a morte liberare. Si in eis vera felicitas consisteret, an eos Deus proprio suo Filio, qui eis dignissimus fuit denegasset? 3. Divites fieri in bonis Operibus; facile tribuere, communicare: quia hoc adimplentes cumulare sibi possunt, et certe cumulabunt thesauros in aeternum elaturos.

Pars Quarta
De Officiis relate ad Proximum
Sectio 1ma
De Amore Proximi in genere
Caput Primum De Amore Proximi.

1. Explicatio Praecepti de amando Proximo Matth: 22 v 37. 1. Dilige id e, bene ei velis, paratus esto ad benefaciendum! et dum benefacere potes bene ei fac. Naturam hujus Amoris nemo descripsit praestantius Apostolo 1 Cor: 13 v 4. 8. Charitas patiens est, benigna est; Charitas non aemulat, neq; perperam, non inflet. Charitas nunquam excidit, sive prophetia evacuabunt, sive benigna cessabunt, sive scientia destruet. Hoc dicit certe Religioni suae veteri adversi. 2. Proximus tuus. Proximus e omnis homo qui hunc Levit. 19 v 18. Non quaeras ultionem nec memor eris injuriae Civium tuor. Diliges amicum tuum sicut te ipsum dicit Dnus. Matth. 5 v 43. 44. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Luc: 10 v. 29. Ille autem volens justificare seipsum dixit

ad

ad Jesum: et quis est meus proximus? At Respiciens autem Jesus dixit: homo quidam descendit in latrones et. Rom: B v 8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis S. Aug: Epist: 155 ait: Proximus hic rationis vocatur pensandus est, in qua vocati sunt omnes homines, cui quibus natura nobis communis est. Dilige ergo hominem ergo et hæreticum, et Judæum, et gentilem et inimicum. Quare? quia homo ratione a Deo præditus est. Dilige in hoc naturam hanc. 3° Sicut te ipsum. Dilige æque alios ut te ipsum diligis: Æstima æque rationalem naturam hanc in altero, sicut eam in te æstimas et huic æstimationi conformiter agentias, et quæcumque quidquid rationabiliter velle potes ut tibi faciant alii, qua hanc hoc et tu pari illis qua hominibus Matt 7 v. 12. Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc enim lex et Prophetæ

2° Ama Proximum. Quod probat Momentis Xnæ Religionis. — 1. Amor proximi est maximum Præceptum Xnæ Religionis. Matt 22 v 39 Diliges Proximum tuum sicut te ipsum. Mar: 12 v 31. Secundum autem simile est illi: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Rom: 13. v. 8. 11. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit, Et hoc scientes tempus: quia hora est nos jam de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Jacob: 2 v 8. Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum, sicut te ipsum. — 2° Deus et Jesus cujus exemplum sequi debemus diligit omnes homines. Matt 5 v 45. Ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. Joan: 13. v. 34 Mandatum nuchones novum do vobis: ut diligatis invicem sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. C. 13. v. 14. Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Vos amici mei estis si feceritis, quæ præcipio vobis. 3. Omnes simus ad invicem artissimo nexu conjuncti. Ephes: 4. a v. 1. ad. 6. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino ut digne ambuletis in vocatione, qua vocati estis. Cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia supportantes invicem in charitate. Solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. 4. Amor Proximi est certum signum veri amoris erga Deum. 1. Joan: 4. v 12. 20. 21. Deum nemo vidit unquam, si diligamus invicem Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. — Si quis dixerit quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo diligere potest? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. 5. Ex Amore cognoscit vere discipulus Christi. Joan: 1 v 27. Et vos unctionem quam accepistis ab eo, manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus. Joan: 13 v 35. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. 6. Amor præstat omnibus prærogativis. 1 Cor: 13. v. 1. Si linguis hominum loquar, et Angelorum charitatem autem non habeam factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens: ipsis etiam sanctis. Mar: 12 v 33 Et diligere proximum tanquam se ipsum, majus est omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. — 7. Amor est conditio essentialis ad obtinendam salutem. Matt 25 v 34. Tunc dicet rex his, qui a dextris ejus erunt: venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum

a vobis

a constitutione mundi. 1 Joan 3 v 15. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. 4 v 17. In hoc perfecta est charitas Dei vobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Id ipsum probat momentum rationis. 1 Omnis homo est qua creatura rationalis, quia Dei opus et imago existimandus: ergo etiam amandus. Obligatio ad existimandum hunc induxit in vel etiam obligatione ad amandum hunc. 2 Amor est vinculum hujus societatis, et causa ejus felicitatis. Tolle amorem, et jam inutilis etiam felicitas, imo et ipsam substantiam hujus generis. 3 Omnes sumus creatura Dei, filii unius Patris qui omnibus bene facit Act. 17. v 24. Deus qui fecit mundum, et omnia quae in eo sunt, hic coeli et terra cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat. 4 Omnes sumus creati ad virtutem et felicitatem. Hic finis absq mutuo amore non potest obtineri. 5 Ab aliis volumus amari Matt 7 v 12. Omnia ergo quaecunq vultis ut faciat vobis homines, et vos facite illis: haec enim est lex et Prophetae. 6 Amor facit summam divinam quasi convolationem verbis, cui nulla terrena delectatio aequiparari potest. Amare proximum est gaudium omnium gaudiorum maximum. 7 Amor conciliat existimationem, et reverentiam. 8 Amor liberat a multis malis, quae ejus defectus post se trahit. 9 Amor conciliat multa commoda et promovet propriam felicitatem. 10. Amare proximum mortur quiete et feliciter. vectamini ergo felicitatem charitatem, amulamini spiritualia. 1 Cor. 14 v. 1.

3. Qualitas amoris erga proximum. Verus amor erga proximum debet esse. –
1= Universalis, qui se ad universos homines indiscriminatim, et ad universa eorum salute extendat. ad universos homines nullo excluso (cosmopolitismus) quia homines sunt. Tolle hinc omnes alias prorogativas, doctrina dignitates, divitias pulchritudinem, et alia, haec prorogativa „homo Dei“ ei semper manet. Ad universam salutem: non in aliquibus tm, sed in omnibus, quantum in nostra potestate est ad eorum felicitatem conferendo. –
2. Cautus ex amore Dei providens, et christianis motivis superstructus ut S. Joannes 1. sua Epistola C. 3. v 14. loquitur. Beatus qui amat te o Deus! et amicum in te et inimicum propter te S. Aug: l. 4. Confess: Amor qui ex vano proprii lucri studio, aut ex vanae laudis appetitu, aut ullo aliquo impuro fonte provenit, nullum habet coram Deo pretium 1. Cor. 13 v. 2 Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest.
3 Sincerus absq hipocrisi, non in ore solum positus, sed in corde radicatus. Rom: 12 v 9. Dilectio sine simulatione. Odientes malum adhaerentes bono. 1 Petr 1 v 22. Animas vestras castigantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore sinplici ex corde invicem diligite attentius. 4 Efficax non in nuda tm compassione, pulcris verbis et vultu situs, sed opere se manifestans. 1 Joan: 3 v 18. Filioli mei non diligamus verbo, neq lingua sed opere et veritate. Id ipsum docet Caput 2. S. Jacobi integrum. –
5 Constans nec ingratitudine, nec difficultate, nec tempore mutabilis: sunt enim ratione amandi eadem invariabiles Rom: 13 v 8. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis; qui enim diligit proximum legem implevit. Vult Paulus permanere, et nunquam cessare amandi debitum charitatis: hoc enim et quotidie solvere

volvere et semper debere, expedit nobis. Origen: in Ep: ad Rom: 13. –
6. Heroicus qui etiam non diligentes diligit, etiam incommoda cum dilectione conjuncta sup
fert, etiam propria commoda, imo si opus sit, etiam vitam ipsam proximo conferrat.
1. Joan: 3 v 18. Filioli mei non diligamus verbo, neq lingua sed opere et veritte
4. Gradus perfectionis amoris erga proximum. 1. Quo superiora sunt amantis motiva. 2. Quo major amoris extensio. 3 Et quo major Magnanimitas, eo perfectior est amor noster erga proximum.
5. Vana effugia 1. Ego sum mihi ipse proximus: amor incipit a semetipso. R. Caeteris paribus tu ubiq praevius. Haec praecedentia rite intellecta praecepto amandi proximum non prohibentur.
2. Aliquos obligor amplius aliis amare: Parentes, Amicos, Benefactores, Affectas fidei, Cives, Patriotas. R. Omnino. hoc autem amori proximi non obstat. Omnes homines diligendi sunt qua homines. Dum cuibus alia motiva diligendi accedunt, habet major dilectio locum. 3. Omnibus precor et favere omnia bona. R. Charitas debet esse effica. 4. Quid ad me alii? R. a plurimum quid homines 6. etiam postremus hominum nobis prodesse potest
5. Multi non videntur digni amore. R. Vitia eorum non sunt amore digna, ipsi autem digni sunt.
6. Omnibus eodem modo affectus esse nequeo. R. Id non requiritur. Hic non est sermo de amore ex sensuali affectu, sed de amore ex aestimatione humanae naturae promanante. 7. Ab alio etiam non amor. R. Ama tu, forte ipse quoq amoris causa es. 8 Exhibitio amoris parit suspiciones. R. Prudens exhibitio non parit. Si abeq ulla tua parvat, quid te morantur? –
9. Media excitandi ad amorem proximi, aut eum roborandi. a. Expende saepius magnitudinem Obligationis amandi. b. Recogita saepius inexplicabile amorem Dei, et filii ejus erga omnes homines. c. Contempera dignitatem hominis, et nexum, qui inter nos qua homines et qua Christianos, intercedit. Unus nos condidit fecit, unus nos creavit animavit; eodem cuncti utimur cibo, eodem aere – dedit autem nobis majores diligendi proximi causas Christiana gratiae latitudo. S. Leo. – d. Recogita bona quae ex amore illorum. e. Colloca te in circumstantias aliorum, et vinere ex te, quid in illis constituatur tibi ab aliis fieri velles quare. f. Examina omni die amorem tuum, et dic, qua nihil boni proximo praetitisti pereritam eam Tito puta. g. Quere occasiones benefaciendi et ubi oblatas prompte, etiam si sensualitas renitatur. h. Satage te convincere neminem hominum esse, cujus opera tibi necessaria esse non possit. i. Sta et renova saepius vincera propositta amandi proximum. k. Suffurine quidam solertissime causas peccator contra amorem proximi ex superbiam, suspicionem, sinistra judicia. l. Ora pro aliis: hoc oratio quidem jam ex amore manat, aut simul etiam eum roborat. m. Ora ut det tibi Deus Spiritu dilectionis

Caput 2. De Amore Inimicorum

Historiæ Ecclesiasticæ Synopsis

Historia est scientia rerum Gestarum

In principium facies memoriæ causa proposita

1° Fontes Historiæ Ecclesiasticæ et leges in iis utendis necessariæ.

2° Fontes Historiæ Ecclesiasticæ sunt vel publici vel privati.

2° Ad primos revocanda sunt documenta quæ ab integra auctoritate vel confician[tur] v. a privatis confecta pro publicis ab ea ipsa accepta. Hujus generis sunt Concilia, Decreta Pontificum, Privilegia Principum, Monumenta et cetera ejusmodi.

3° Ad Privatos vero referuntur Epistolæ Manuscripta et omnis generis Instrumenta quibus hines privati res a se v. coram se gestarum memoriam reliquerunt.

4° Quæ vero in iis fontibus continentur alias nunc Divinæ alias humanæ sunt auctoritatis, inde fit, ut etiam Divini et Humani dicantur.

5° Historicus Ecclesiasticus ut rite res gestas audeat narrare

§ 1. Sunt tamen quædam Leges ad quas fontes ipsi ad Historici disquisitionem

1° Primum in Auctoritate fontium inquirimus de eorum genuinitate et veritate ut cum Critica adhibita esto.

2° Fontes Publici maxime sunt Auctoritatis modo partium studio vel præjudiciis opinionibus factor circumstantiæ [illegible] mutata non sint.

3° Fontes privati iisdem Legibus quibus Historici disquisitionem [illegible]

4. Historicus ut oculatus ut prudens, ut omnis fraudis alienus et veritatis amans tempori suæ humanæ suæ opinioni immor[illegible]

5. Tandem qui legunt Historicam caveant animis a veritate neg. eam ullo pretate confundant. caveant ne in superstitionem et immodica dubitatione unus ea prospiunt hines devenia[illegible]

dubitando ut Petiam in proprio existentia asperendo hoc
videant

Historia Circa Dei perfecta rerum gestarum narratio (ar rerum
que vel societati illi cui nomen a Christo est extrinsecus ac
rum & intra quo finis gestae sunt in qua facta cum fac
ita copulant & prae videntia Dei in ea voluntatem & pro
servanda agnoscant dominicam & vera pietate in mi
atq sapientia crescant. —

2do De statu civili et Religioso cui gentili quam Altis
tus est. Quinq sunt quae aperte prime docent in plenitudine te
poris Salvatorem nostrum advenisse, quae communitas, Re
gio, doctrina, Vaticinium. —

1. Etsi maxsonas de Templo Jani Arte nascente revere
to contra Orexum omnesq antumantes per Illum
templum Jani tum clausum fuisse, facile videatur, ho
tamen dubio vacat eam qua Altus natus est aetatem sin
superiori conferat, quia plenam vocari possit. Vide enim
ab Actio Antonio Augustus Caesar Imperii potitus est
epiq ii. Editionem venerunt vel pacem ab omnibus
pulsa Thraces Dannonii Egipti Cantabri, Asturi, Ca
pes, Parthi, Rheti Sriones illi alibiq populi quorum
pauli ante orbis terrae bello conflagrant. vide Rosweid
Dixi unio Livius:

2o Arrogantes gudum verbis — inquit Dannemayerus —
totius orbis Dominos vere diarunt Romani, cum in
Oriente Parti ad Euphratem ad Ostium Ponti Caspii
ad Indicum usq dominarent ut privilegium de Jove
nio qui ad Rhenum Victoria Romanos arma relata
rum & hoc tri certum est innumeros fere gentes
serimone et moribus diversas Romanis parere co
communi quasi vinculo cor legibus et disciplina

sociatas continere unde mira facilitas communicationis
& commodatus pro Evangelii predicatione manavit
vid. Cruz. l. 2 adver. Celsum. —

4e Licet ad objecta cultus tam temporis animum convertas
que erant substantiæ creatæ aeq. e spirituales e corporeæ
utrarumq. accidentia quedam effectus & symbola, sive ea
ea que de Dijs tetr. Velneio apud Ciceronem narrabant
predictiones vultnera et cetera ved tandem ad cultus
rationem que victimis etiam humanis ac impuris fœdis
mysteriis absolebatur, nihil magis a ratione abesse inveniet nihilq
adversus in animis fœcunda commodius qui superstitionis illius formam
cujus omnes ferme populi in cato et zoolibus provolvebantur inde
colligo quam ceciderint ut Deus ipse evereret nos de potestate tenebrar
& transferret nos ad lumen & regnum filius dilectionis ved ubi Rosp. debet

2. Atas Augusti vulgo aurea appellatur in ea omnis literis et Philosophia
quando a Græcis mutuati sunt Romani, cumulus ac prisce virtutis
qui tn in sectas que tunc temporis obtinebant Cic. ipse ad hæc
minor Historiarum, Aristotelis platonis diligentius inspicia & pue
dicandum esse censeo de Marcelli laudatori & Genio gli Gra
ipsos videbant apud Judæos non potest non haberi e contra re
ligionis ortus vel obscurescit veritate disputando errorem tuis
cui ipsa ratione incidebat et nemo potuerat nisi Deus ipse
inde evenerat. Sapientes enim perhibebant in vaticinationibus relig
& magis magisq. cor eor tenebris abjunctabat. Lege Ap. Paulo Rom

3e Tandem - tarda erat Nationum confessio de tempore adventus
Messiæ ut orienis totius ad Stellarum tuum ~~gentes~~ exspecta
ad ætq. die Pentecostes post Ascensum Dni Major immonero qui
Terræ tyrannum adederunt. Status autem in quo erat Judæa Respu
blica parum ad universo mundo prædicabat. - Scriptum enim a
Domo Jude ab Asmonæis videbat et ad errorem transire ad
De qui primus ex talenigenis apud Judæos regnavit Paul. Ens. h. E. l. 1. c. 6. -

3a Prælectio - De Vita Jesu Christi & Testimoniis que de ipso extra Apostolos
scripta inveniuntur. —

Duo vobis subjicio perpendenda, facta veritate Jesu Christi
1º et Testimonia de illo
1º Quod ad facta inspiciendum duo ab Ejusa ejusmodi natura
Quoniam illa incerta est Jesum vulgarem eligo, non
quia sit verior, sed quia communior est. Quo igitur author
Dionysius statuit natum Jesum Christum 8º Calendas Januarii anni urbis conditæ 753. anno 1ª Olimpiadis 193.
Ut ea quæ a dicto acta sunt in unum revocem adeo tandem
ac nam vetum vitæ genus duxit ille, ogpletum molestiis
periculis tantæ inexpertus in cadit omnium scibaret
miracula ut omni labe vel errorio vel fraudis et ma-
chinationis animi ambitu purgendi eum omnes com-
muni consensu. —
Quam a Deitate placitis remota est doctrina illius. quam
bella de summo bono inveniendo, ut virtuti favet et
cogitationes ejus frenat, ne dum actiones moderatur
Ita, ut Respondeo Jesum sit, Si præcepta decretis sunt
viri sapientis, illa Jesu dicti sunt Deo tribuenda. —
Nullus præter Judæos sua doctrina instituit Actores ut
ne aliqua excusationis species et via eis eum non agno-
scentibus. — Quos sibi adjunxit erant plebes et inere-
dibili ne malis humanis consilio prudens Legationis
eos tribuerent — Resurgens vero a mortuis notabilis-
simis testibus suis ostendere se, quoniam ipsos animos
mirabilia videndo assuetos, vid magis dare illa solitos
hoc etiam vi risu exciperent et eidem arti tribuerent
2º Verba Abgari ad Epistola sua ad Jesu dicti non mi-
nus ac illa Jesu dicti ad hunc Deum Regem, sapiendi
vim huic dictum qui rumore vel vere gesta vel ve-

vulgo credite casus est ad quitatis suae grandes posteris commendatas. Eadem dicito de Evangelio sequentis praecipue vero de Nicodemi Evangelio quod sabbatis Autum scaterest de Passione et Resurrectione d. Xti. Sed timenda vero quia d. 1° Saturnalii de puero Bethleemitica aede inventus Joseph. Lib. 18 Ant. De Xto et Joanne Baptista, Allegoria desonio delegio in Xti morte tacitus et tandem de ejus Xto d. 15° Ant. pro vero tuenda sunt. — Salutio 4ta

De causis Salutis et causis prosperis propagate Religionis

Facta. ——

1° Deus familiariter cum homine versatus est, miraq immumera patravit creans illum in verbo et regenerans per gratiam Jesu Xto.

2° Adjuvit Apostolos promissus Spiritus S. in 50° die qui animos ab ignorantia et timore exoneravit, illorq linguar dono et mira culos insignes reddidit in oculis populorum. —

3° Paulus ad gentes mittendus eligit ab ipso Xto, ut ab Apostolis electus fuerat Mathias, paulo post Ascensionem Jesu Xti. Salutis autem propagandum Evangelium baptismus Eunuchi Regine Candacis per Filipum Diaconum et conversio cornel. Centurionis per Petrum Apostolum jedam inuicebant.

4° Postqm intra Palestinam Hierosolymis vedelicet et Romae Caesaris, Joppe et Cetera constituerunt Apostolorum ecclesias etiam inter gentes exederunt Ecclesiam Antiochenam, ubi nomine Xtiani primo usi sunt, Romanam, Alexandrinam, Ephesinam, Smirnensem, at quibus in provinciis singuli Apostoli praedicarunt minime explicatum est.

Causa

1. Charitas vera ad vitæ gestas Christi doctrina sanctitas nonnulli apud ipsos Imperatores commendavit / vide Haseum de vita a Tiberio in Deos numeris cognitum. —
2. Altera potissima causa propagandæ Religionis est vis illa supernaturalis et Divina, qua in Apostolis non minus ac in Magistro et Patrono periranda portendebatur. —
3. Artis tenuem est quia dona extraordinaria quibus præcebant Apostoli, etiam aliis communicare poterant. —
4. Qui vero putant amorem Dei erga pauperes, ignaros et imperitos allexisse, vel vitia Sacerdotum a Deo cultu hominis avertisse, non reddunt, non reddat ignaros nullomodo tolleratos a Deo et divites fuerint oportere ab pauperibus subvenedi et non reddant Deo Religioni periculo vitæ et infamiæ. — Prolatio 5

Sæculi II. Factis et Causis prosperis propagatæ Religionis. —

Facta

1a Valterus Moyle de legione fulminea et Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone testant ad amplissima multitudinem crevisse hoc sæculo, Deo Juvante et Quadratus verissimile est Indos, Germanos, Britannos et Gallos ab Apostolis doctrinam Christi accepisse certum est Pantænum apud Indos Latinum apud Gallos et Sæc Bedæ fides rerum habenda est, Lucii Regis epistola ad Britannos Doctores Deo ab Eleutero Pontifice impetratos accepisse. / De Celtis Germaniis vid Aug. Calmet. Tillemont et Bollandistas in Actis Sanctorum. —

Causæ

1. Dona Extraordinaria divina etiam hoc sæculo in causa fuerunt

undi creverit Religio nostra apud Romanos Jos. Mamachius Origines Christianæ
2.° Animi benignitas erga Xtnos Traiani Antonini pii ac Martii Aurelii
eos identidem adversus injurias plebis et Sacerdotu munivit. Just. Mart. Eus.
Ecc. Hist. C. L. 4. Tertull. Apol: ad Senatum. —
3.° Ut prima Judæos Deus sub Vespasiano credentes in Evangelio con-
firmavit ita secunda Imperante Adriano Xtnos ab Judæorum
tribus et injuriis liberavit. vid. Just. Mar. Dialog. in Tryph. —
4. Sanctus Scripturas Irenæus Apologiæ Commentariis contra
Hæreticos magno fuisse præsidio et fructui Xtnis docet tabulis
nemo est qui non videat. vid. Aug. de Doctr. Xna L. 2.°

De Legione Fulminea

Si quis autem miraculis hujus seculi nollet annumerari
id quod de legione fulminea refert Eusebius Hist. Ecc. L. 5. c. 5. et Oro-
sius naturali causa illud tribuere, ille inauper fuisse magnæ
Literas Martii Aurelii in quibus ipse victoriæ tribuere Deo
Xnio, ostenderetq. se veniæ fulminum erga illos cogitet om-
nes tunc temporis prodigiis annumerasse, illud tale dici
fuisse fulmina ut exercitum integrum in fugam converterent
cogitent denique testem de Epistolis non habere Tertullianum
qui nunquam in Apologia sua ad Senatum ita scripsisse ut
errores arguisse posset a veris Ethnicis ad quos eam instituit.
Si Marcus Aurelius in monumento publico Jovi pluvio
Miraculum dedit ad opinionem vulgi ut adscripsit Tertullianus.
Sæculo 6.° De factis causisq. prosperis Propagatæ Relig. ad 3.m

Facta

1. A Testimonio Tertullianæ colligimus jam ab initio seculi 3.i Xtnos implevisse omne
Imperium Romanum, Castra, Palatium ipsum et Senatum, vid. Apolog. c. 38.
2.° Arabes Religionis cognitionem ab Origene hac ætate habuerunt. vid. Eus. L. 6. c. 18.
Gothi vero a Sacerdotibus Xnis qui ex Asia adeos pervenerant initiatis Turoni allata
Arelata aliisq. locis in Gallia Ecclesias constituerunt septem pii viri Dionysius Gatia-
nus Trophimus, Paulus, Saturninus, Martialis, Stremonius, qui Decio imp.

eo confugerant Ecclesiæ tandem Germanicarum coloniensis Trevirensis &c
Vrbis aliarq Patres fuerunt hoc seculo Eucharius, Valerius, Maternus Colo-
nens. Illos etiam probabile est Scotos hac ætate hucm Evangelii recepisse:

Causæ

frequentionibus
1° Bonis Extraordinariis Dei hoc seculo impraehensionibus etiam quam pro-
cedenti acceperunt Martyrum et Sanctor appartiones quibus huic commu-
ti Religionem vtra professi sunt Teste Eusebio H.E. l.6. c.5. de Ag. Dela-
2° Lentas ei Anno Imperator Caracallæ Elogabali Gordiani Juve-
nis vero Alexandri Severi et Philippi: quem nomen dedisse Re-
ligioni Xnæ Eusebius narrat l.6. c.34. aut parum Xnis profuisse videtur
3° Versiones etiam Sacri Codicis hoc seculo peractæ sunt et ab Origene præser-
tim ejus notitiam facilorem omnibus comparatam esse certo scimus
4° Tandem benignitas Amor erga miseros atq ipsos hostes et legum reveren-
tia quam duo iam secula Christi commendaverint etiam ei venerab.
atq in Delictis tutos eos fecerat atq accepsos, qua ei re si aliquis do-
mio et arguto dando e placuit hoc efficit culpa, neq inter causas
Propagationis commemoranda, imminuit enim inde Religio Deo di-
cedente non propagatur. —

Prolatio 7ª Facta et causæ adversæ Xnæ Religioni
Seculo 1°. —

1° Fuit ut ita dicam Historia Ecclesiastica externa et Imperato-
rum et Regum Historia et interna Pontificum. - Augustus Cæsar
primus Imperator qui hoc seculo Romæ dominatus est. Mortuus est
anno Jesu Xti 14° Cui Tiberius anno 37° Caio Caligula 4
anno. 4° Claudius 31. 5° Nero 68° 6° Galba - 7° Otho - 8° Vi-
tellius vix integri anni spatio annis omnes petiere. 9° Vespasia-
nus 79° 10° Titus 92° 11° Domicianus 96° 12° tandem cum Nerva
2° 98° Nero primus Imperatorum orsus est in Christianos sevire an-
no Jesu Xti 64° Medio minae Gloriæ dum cupere[t] invidiæ ignis ad
ipso Romæ excitati in illos repundere Paulus et Petrus Apostoli

sub eo

eveo Martyriam consecuti sunt. —

3° Anno 95° in eos impetum convocavit Domitianus eo quod adhuc erat ex cognatis Xti progenitum hominem qui nova inolim in Imperium conaretur. Principio Martyrum fuerunt Flavius Clemens, Consul, ejusq uxor Flavia Domitilla. Joannes etiam Apostolus a fervente deo evasus in Pathmum exulare jussus est. —

4° Ad Romani exemplum sevierunt in Xnos ab ipsis Judaeis auspicandi de quibus certo scimus et ipsos qui Jerosolyme versabant et ipsos qui extra Palestinam columnis aliq ipsa morte Xnos affecisse. Stephanum Jacobum Zebedaei et Jacobum justum Jerosolymae Episcopum ab ipsis ex Actis Apostolorum et apud Eusebium et Josephum recensentur.

5° Simon de Gitton sive Magus et Apollonius Thianeus praestigiis vim unam divini legati officium imitari et aliquid Emissemi propagandae Religioni apponere.

Causa

1° Separatim causas expendo brevitatis gratia, ad quae in una productione constitui ad alias duas quae proxime insequentes pertinere putandum est.

1° Romani contra Xnos stetisse videntur quod hostes Reipublicae eos existimarint, et hac duplici de causa, quia Religionem adversabantur quae cum forma civitatis maxime conjuncta erat, et quia cum nulla haberent cultus externi signa quae ab Atheniis prodarentur, Atheos putabant videlicet genuis humani pestis atq inimici. —

De Petri Martyrio Romae sub Nerone

Non Chronologia difficultatibus id factum sit, nec ne in dubitationem revocem, cum esse censeo cum etiam de mundi creatione hac lege dubitandum sit. Ad potius testimonior ponderare quae habendus a priscis aeq temporibus tenendum. Testantur enim de Martyrio Petri et Pauli sub Nerone Clemens Ignatius Papias, qui ab Apostolis eruditi sunt, Irenaeus autem Xc. Cajus Presbyter Dionisius Corinthius, Clemens Alexandrinus Tertullianus, Origenes etc. Nay a Patribus in posterum in dubitationem revocatus, vide Calmet. dict. in Biblia Academicis. —

Prelectio 8va Pars Causæ Religionis Una adversæ
Secundi II Facta

1ª Successor Veræ 1ª Trajanus mortuus anno dñi 116. 2ª Adrianus vero 138ª 3ª Antoninus pius 161ª 4ª Marcus Aurelius 180ª 5ª Commodus 192ª 6ª Pertinax 193ª 7ª Didius Julianus tandem 193
2ª Hi Trajanus morem gerens Divis Provinciali Adrianus Severo Graniano, et Antoninus pius indoli suæ licentiæ accusator edicto refrenare conati fuerunt. tamen immunes Deor ira Imperantibus omni genere calamitatum a plebe a sacerdotibus a Magistratibus affecti sunt. Sub Trajano Simeon electus filius Cleophæ Severo Antiocheno, et Ignatius Antiochenus Episcopus Martyrio coronati sunt. Sub Adriano vero acerbius Judæi duce Bar Kokebeo in Deos quam ipsi Ethnici sæviebant. —
3ª Et Marcus Aurelius et Severus etsi legeo præcedentium Imperatorum non tollerent edictis vero suis Christicolas ut frequentissima ejus Deorum supplicia. Sub Marco Aurelio Polycarpus Smyrnæus Episcopus et Justinus Martyr interfecti sunt, cotiq. Lugdunensis et Viennensis in Gallia prope destructi. —

Causa

2ª Duæ Judæa et Ethnicos plebem in Deos crudelissima effecit hæc integra periodo fuit sacerdotum timor ne Auctoritatem perderent in populo cum ipso Religionis ministerio, et Deor omnium, qui a cultu Deorum alienos lucrabantur avaritia.

Prelectio 9 Pars Causæ adversæ Unæ Religioni a secundo 2ª ad Constantium Magnum. — Facta

1ª Severus Africanus susceptio Imperio anno 193ª mortuus e anno 211. 2ª Caracalla vero anno 218ª 3ª Alagabalus 221. 4ª Alexander Severus 233ª 5ª Maximinus 236ª 6ª Pupienus et Balbinus 237ª 7ª Gordianus 244. 8ª Philippus Arabus. 249. 9ª Decius 251ª 10ª Gallus et Volusianus 254ª 11ª Valerianus 260. 12ª Gallienus 262ª 13ª et 14ª Gyrannis 268ª 17.

14° Claudius ℔ 1 ℥ 10 ℈ 15 Aurelianus ℔ 1 ℥ 5 ℈ 16 Tacitus ℔ 1 ℥ 6 ℈ 1 ℥
17 Probus ℔ 1 ℥ 18 Carus cum Carino Caesare ℔ 1 ℥ 8 ℈ ab hoc anno
ad 313. fuerunt 4or Imperatores. Diocletianus et Maximianus
qui simul regnarunt 20 annos egregie. Valerius Constantius et
Galerius
2° Severi lex ut nemo religionem suam cum Judaica et Xna commutaret
ii causa fuit novi ritus Xnos vexationis in qua domus nova Pater Ori-
genis, Perpetua felicitas, et Potamiena Marcella alii pericrunt.
3° Persecutio Maximini a metu erata est ne sui ulciscerent mortem
Alexandri qui illis aperte favebat.
4° Illa vero Deci multos Xnos crudelitate adversus aegit qui pertra
sacrificatores, thurificatores et libellarii vocati sunt.
5° Galli, Volusiani et Valeriani persecutiones a calumnia in Xnos
et a superstitione erata sunt. Mortuus est in hac pestilentia
Cyprianus Carthaginensis Episcopus, Alexander Pontifex Romanus
Laurentius Pontifex Romanus
6° Aurelianus 1° Imperii sui anno edicta contra Xnos tulit sed
parum post mortuus est. Pauci ejus sub eo pericrunt.
7° Diocletianus et Galerius ultimi fuerunt Imperatores qui Ecclesiam leg-
ibus persecuti sunt. — Causae

9° Causa quae animum persequentium adduxerunt fuerunt scripta Celsi, Cre-
scentii, Hierocli Luciani Samosatensis, Porphirii, Porfiri quae adversa Christi
contra Apologias pugnando magis criminibus reos Xnos procedi
caeant. Constitutio Historia Ecclesiastica interna

Praelectio 10

Librorum Apocryphorum Catalogus

Quod brevissime Author Abbotsb. Blg nos integris praelectionibus
docebimus quarum una libros Apocryphos Catalogo proponet, 2ª
altera frequens indicia colliget quae in unoquoq libro exhibentur,
3ª regulas tradet opera apocryphos dignoscendi tumquae Apostolos
juvant aut, tam quae alios trahunt. —
Divino Apocryphos per aeonta quod ad Apostolos est in Evangelia, acta
Apocalypses, Epistolas, Liturgias, Symbolum, Canones et Constitutiones

1°= Evangelium secundum Apostolos quod ab Ebionaeis Sabbatheis dicebatur ad suum confirmandum errorem de Trinitate. Evangelium secundum Hebraeos Syriace scriptum quod non habuit a Nazaraeis Evangelio vocitatis Ebionitae. Jacobi Proto Evangelium. Nicodemi Evangelium quae omnia conficta sunt a Manes, ab Haeretico vero Evangelio Petri, Thomae Matthiae Bartholomaei, Philippi Judae Proditoris denique Thaddaei, Barnabae, Andreae,
2°= Luciani Presbyteri Pauli discipuli primum Lucae nomine Pauli acta supposuit et nec fraude a Joanne convictus est. Haeretici autem confinxerunt Acta Petri et Pauli, Andreae, Joannis et generatim Apostolorum Acta Philippi et Thomae Acta, doctrinam Petri, continentia Pauli, Apostolorum Itinerarium. —
3°= Pseudepigrapha restant Apocalypses et Revelationes suppositae, ad magnorum Apostolorum Revelatio, Petri Apocalypsis, Pauli Arcana, Thomae Stephani Revelationes. —
4°= Quoniam non possumus eorum haereticam sententiam qui Barnabae Epistolam suppositam dicunt, inter spurios tantum ponimus, illam autem ad Hebraeos Judaizantis ad Corinthios Dei ad Philippenses, et Epistolam ad Senecam quae Paulo Apostolo adscribuntur. —
5°= Liturgia vel Missa Graeco Latina Petro afficta ab Lindano in lucem emissa est anno 1589°. Est etiam Liturgia Aethiopum Missae, et haec quae sub Matthaei nomine fertur. Sed haec nemini unquam suppositia est quam altera quae Marci Liturgia nominatur quamque Masselius edidit Parisiis. Una cum spuria Jacobo afficta Liturgia Jacobi Apostoli a viris non indoctis frustra tamen adhibetur.
6°= Inter ea quae ab Apostolis una existimant compacta Constitutionum est Symbolum cujus vulgo ipsi omnes perhibent Auctores. —
7°= Sunt etiam 85 Canones qui quoniam Apostolos tribuunt Apostolorum nomine gaudent. —
8°= Sunt denique Constitutiones Apostolicae Libri octo qui ab S. Clemente ferunter Scripti. De his omnibus specialis erit et Critica descriptio in 10a= Praelectione. —

Relatis 11a= Judicia Baurii in Libros qui Apostolos dicunt.

1°= De Evangelio illud primo tenendum nempe Eusebio teste illa de Apostolica laude ejus ab antiquis. 2°= Proto Evangelium vero Jacobi et Nicodemi Evangelium Pseudo Matthaei vertere et Acta de Virginis Nativitate Vita et Apparitione, de Passione et Resurrectione Jesu Christi. 3°= Passim in posteris invenitur errores Gnosticorum. —

Ebionitarum, Manichæorum etc.

2° Eodem postremo ordine argumentorum ad acta et Apocalypseos Apocryphas dijudicandas.

3° Quod vero ad Epistolas illa ad Laodicenos inde orta est, quod Paulus præscripsit in sua ad Colossenses et Epistola a Laodicea legatur. Sed illi immerito eorum inde scripta. Quid non Epistolam ad Laodicenos misam. Ita etiam illa sententia ad Corinthios 1° et 2° Scripsi vobis in Epistola ne fornicatoribus immisceamini. Non eam ad Corinthios Epistolam contingenda immixtæ, sed ita locum explicandum est. Cum eam scripsi in hac Epistola, superveniis videlicet fornicatoribus immisceamini etc.

4° Quod vero patet Apostolorum esse Liturgias in quibus nominant quatuor 1° Concilia, homines, preces, et verba, quæ nonnisi sequiori ævo in Ecclesia obtinuerunt.

5° De Apostolicis Constitutionibus animadvertendum est absurdos errores, Anachoritas sustinere. Prohominibus hoc unum satis est c. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

verba, mores, inveniet in opere quæ non sunt illius dicta, in quæ scripsit dixit Auctor vel ab ipsius Dogmatis et moribus dissident. 3°. Stylus in verbis in elocutione et in ipso ordine et contextione discernit a ratione dicendi Scribentis quæ animis in operibus idem Auctor usus est. —

3°. Argumenta tandem externa colliges 1°. a Manuscriptis quæ communia quo vetustiora 2°. a silentio vel testimonio Veterum. 3°. In omnibus tamen sanum adhibe Concilium et omnia probe perpende ne pia monumenta dubiis partiaris, neu levissimis conjecturis atq suspicionibus opera antiqua et genuina rejicias. In quo Protestantes Critici nostris præsertim temporibus sibi nimis quidem placent. —

Prælectio 8ª. Scriptores Ecclesiastici secundi.

1. Novi Testamenti Authores, 1°. Matthæus Publicanus Judæis primum Apostolus scribit Evangelium Hebraica anno 39 æræ vulgaris. 2°. Marcus Discipulus Petri precibus fidelium qui Romæ erant scribit anno 43. 3°. Lucas Medicus Antiochenus scribit anno 56°. Evangelium, Acta vero 58°. 4°. Joannes filius Zebedæi Apocalypsin anno 95°. Evangelium 100°. Tempus Epistolæ incertum est. 5°. Paulus scribit anno 52°. Duas Epistolas ad Thessalonicenses 56°. Epistolam ad Galatas et 1m. ad Corinthios 57°. ad Romanos 62. ad Ephesios ad Philippenses ad Colossenses ad Hebræos et ad Philemonem, 63°. Priorem ad Timotheum et Epistolam ad Titum. 64°. Posteriorem ad Timotheum. — 6°. Jacobus cognatus Jesu Sti. et Episcopus Hierosolymitanus tempus quo Epistola incertum est. 7°. Petrus Romæ filius verisimiliter scribit 1am Epistolam anno 44°. vel 45°. Alteram vero sub vitæ finem mortuus è anno 67°. Judas filius Alphæi aliter vocatus Thaddæi, post mortem Petri cui ipse credit. 8°. Patres Apostolici dicuntur illi qui cum Apostolis aut eorum discipulis versati sunt. 1°. Clemens Episcopus Romanus natione Græcus duas ad Corinthios scripsit Epistolas et mortuus è anno 105°. 2°. Ignatius Antiochenus Episcopus ex tribunus 15 Epistolas (cautem pro genuinis habentur) 1°. ad Ephesios 2°. ad Magnesios 3°. ad Trallenses 4°. ad Philadelphenses 5°. ad Romanos 6°. ad Smirnenses 7°. inde ad Polycarpum mortuus est anno 95°. 8°. Polycarpus Episcopus Smirnensis ex tribus ad Philippenses Epistola Martyrio vitam finivit anno 167°. —. 9°

3° Barnabæ Epistola et Hermæ Pastorem canonica non esse testimonia Patrum et Ecclesiæ praxis declarant. Feminina tri ejus et ad Anoc ædificationem pertinere eadem testimonia et eadem praxis pro argumento nobis sunt, qui tenendum sit ut diximus in prælectione.

Prælectio 14ª Scriptores Ecclesiastici sæculi 2ⁱ

Græci

1° Inter eos qui hoc sæculo græce scripserunt præcipui sunt: Irenæus Justinus Martyr, Irenæus et Clemens Alexandrinus Athenagoras atq Theophilus. — 1° Justinus Sichemi in Provincia Samaria natus omnes fere Philosophi sectas degustavit sed vera sapientia et Philosophiæ præcepta in Anoc familia tandem inventa Religionis propagandæ studiosissimus binas pro Anio exaravit Apologias quarum primam Antonino pio atterans Senatui Romano obtulit. 2° — Irenæus Lugdunensis Episcopus et Polycarpi ac Papiæ discipulus plura quidem scripsit sed quinq tantum supersunt contra hæreses libri e Græco tamen sermone in latinum converti. — 3° Clemens Alexandrinus Pantæni auditor ejusq in schola Alexandrina successor plura reliquit Christianæ rei monumenta; ad nostram ætatem pervenerunt exhortatio ad gentes, Pædagogi libri tres Stromatum libri octo. 4° Athenagoras Philosophus haud contemnendus cujus Apologia et de Resurrectione liber magnum sapiunt ingenium. — 5° Theophilus Antiochenus cujus pro Religione nostra libri 3 ad Autolycum unum ad nos pervenerunt. —

Latini

1° Inter Latinos hujus ætatis Princeps est Tertullianus primum Sine controversia Deinde Presbyter Carthaginensis, postremo Montani Apostata. — Præcipua ejus opera sunt, ante lapsum: 1° Apologeticum. 2° De testimonio animæ. 3° De Spectaculis liber unus. 4° De Idololatria crimine. 5° De corona militis 6° De Pœnitentia. 7° De Oratione Dnica 8° Consolatio apud Martyres. 9° De Patientia. 10 De habitu muliebri. 11. De cultu fœminarum 12. De Velandis virginibus. 13 Libri duo ad Uxorem quam 14. Unus adversus Judæos. 15° De Præscriptione 16 De Baptismo &c. Post lapsum vero Liber de exhortatione

castitate. 2° De Monogamia 3° De Fuga in persecutione illsita
4° De Jejunio 5° De Pudicitia. –

Apollogeista

3° Opere precium fuit scriptorum eorum ordine prosequam quod fuerunt hoc seculo Apollogeista. 1° Quadratus Atheniensis Episcopus, primus Adriano Apollogiam obtulit anno 120. 2° Aristides Philosophus Atheniensis eidem Imperatori obtulit Apollogiam circa idem tempus. 3° Justinus Philosophus pariam obtulit Antonio pio Apollogeam anno 15° Oc. alteram 166° Senatui Romano. 4° Melito Sardensis Episcopus Marco Aurelio anno 170° 5° Eidem Imperatori obtulit Apollogiam etiam alteram pro. 6° Tertullianus tandem unam scripsit Apollogeticum Severo Imperanti. Praeterea 15ª

Principui Scriptores Saeculi III= Graeci

1° Omnium qui hac etate floruerunt Scriptores, facile Primus habet Origenes Leonide filius et Schola Catheketicae Alexandriae Praefectus, a patientia in laboribus Adamantinus appellatus fuit. sex millia librorum si Epiphanio fides, conscripsit. Quae autem ad nos pervenerunt sunt Hexaplorum et Comentariorum in Sacram Scripturam reliquiae. Libri octo adversus Celsum Libri quatuor περι αρχων circa principium. Tractatus de Oratione, Exhortatio ad Martyrium et Epistola ad Africanos. – 2° Hippolythus Episcopus Portuensis, cujus opera omnia deperdita sunt, praeter Cyclum seu Canonem Paschalem et alia sed dubiae fidei. – 3° Julius Africanus superest ejus Epistola ad Origenem de historia Susanna. – 4° Dyonisius Alexandrinus Episcopus; habemus Ejusdem Epistolam canonicam ad Basilidem Episcopum Pentapolitanum. 5° Gregorius Thaumaturgus Neocaesariensis Episcopus superunt ex Ejus Scriptis Mundina Panegyricus Confessio fidei et Epistola canonica. Huc jungendi sunt. 6° Methodius Cypri in Foenicia 7° Firmilianus Caesareae in Cappadocia Episcopi. 8° Complurimi alii. –

Latini

2° Tascius Caecilius Cyprianus Afer Carthaginiensis Episcopus conversus ad fidem Christi anno 246° Martyrio autem coronatus anno 258° Inter Ejus opera enumerantur 1° Epistolae 2° Tractatus de Bono vanitate. de lapsis. De Unitate Ecclesiae, de mortalitate. 3° Testimoniorum Libri tres adversus Judaeos 4° De bono patientiae de Zelo et caetera. 2° Minucii tandem Felicis habemus Dialogum qui Octavius inscribitur. 3° Arnobii tandem Africani Libri septem contra Gentes. ———

Italy

Prælectio 16ª

Caput II. Scuti Im. Controversiæ Theologicæ de Lege Mosis Vigubratio.

Una quidem re fuit hoc ævo Controversia de necessitate scilicet Legis Mosaicæ ad salutem consequendam a credentibus Judæis excitata: Tempore autem et loco in quo orta est et eorum Auctoritate a quibus definita fuit duplicem fuisse apparet. —

Primo enim Antiochiæ ubi hunc temporis Paulus et Barnabas docebant, nonnulli credentes a Judæa prædicarunt, neminem sine circumcisione et Legis Mosaicæ observantia salutem consequi posse. Accedunt igit Paulus et Barnabas Jerosolymam ibiq cum Petro Joanne, Jacobo Concilio habito statuunt: Non Imponendum esse jugum Legis Gentibus illud q satis esse si abstinerent ab Immolatis, a Fornicatione, a sanguine et Suffocatis (Actor 15.). —

Romæ iterum Judæi qui ægre ferebant Gentes eodem dignari honore cum ipsis in Ecclesia Cœtare inceperunt ac justitiam consequendam nihil amplius opus esse, quam Lege et Operibus a Lege præscriptis. Paulus igit Epistolam suam hac de causa mittit ad Romanos ibiq plane demonstrat non operibus Legis sed Fide et Dei Christi merito salvos nos fieri. —

De Lege Mosaica

Pria vobis propono perpendenda in probatione quam nova via ducere reducamur, cur tanti facerent cæremonias Legis Judæi; an Jure steterit contra illos Apostoli? cur Judæi eas tollere non adtinuerint? —

Quod vero ad primum attinet dicam id fuisse quia perpetuam easdem fore sensum Scriptura scilicet, neq ipsos velle perpetuum illud ut par et Pentateuchi. Quia insuper hostili animo a cæteris Gentibus ejus causa abhorrebant.

2ª Æternitatem illam uti Davidici Regni æternitatem explicandam esse Per q Jeremiæ Vaticinium ait: Ut satis patere illesciam Partum novum fore velle cum omnibus Gentibus, satis unde cæremoniis adhæsse in Pharisæis Matth. 12 etc. —

3ª Non autem illam puritas e medio sustulisse Apostolos, quia in ea forma Scripturæ Judaicæ pœna erat q animos tantopere exasperare nolverunt. Non hunc ictus tollebant aut Respectus ut Synagoga cum honore respectetur. —

Prolectio 17ª Quæ fuerit sæculi II.di Controversia et num vitæ illius causa Asiarchæ a communione sua se prorsus removerint

1.o Solemne Asiæ erat ac primis usq temporibus Christi nascentis Ejusq Resurrectionis memoriam agere. At Asianorum Ecclesiæ neq una die neq una agebant solemnitatem. Die videlicet 14ª Lunæ Martii ritu mul cum Judæis agnum Paschalem in Christi mortis recordatione simul cum Judæis edebat; tridduo vero post Christi triumphum de morte celebrabat: Lux in re Triumphum Jesu Christi et Apostolos Soannis et Philippi traditione sæculi profitebat. Occidentalis vero Ecclesiæ præsertim Romana uno eodemq die id q Dominico utrumq festum recolebat, neq hoc Institutum a Petro et Paulo tenere contendens. —

2.o Tres enumerantur causæ cur diversis quidem temporibus hac super re una controversia orta est: 1.o mox agnum comedendi apud Judæos Jejunium magnæ hebdomadæ intermittebat. 2.o Sæpe vero decimam quartam Lunam ad id semper exspectandi illud efficiebat ut nisi in feriam 5.am Ipsa incideret non ante Dnica Resurrectio recoleretur. Quod incommodum magnopere videbatur. 3.o Illud quoq incongruum erat Triumphum in Ecclesiis diversa tuentibus Institutis hunc lætitiam, inde luctum; hinc Epulas, inde abstinentiam aspicere. —

3.o Excitata est Controversia Imo Anno 152.o Duo tempore Polycarpus Romam ideo venit et cum Anicéto Pontifice collocutus est: Utrumq vero a Traditione suoq more discessit. Anno autem 194.o cum Polycrates Ephesinus Episcopus renunciaret Victori Pontifici consilium habuisse ibiq morem Asianorum de Paschate celebratum 14.o communitatum fuisse atq confirmatum; Victor id egre tulit et Concilio convocato Asiaticos a communione Ecclesiæ removere minatus est. At Irenæus pacem literis equis ad Victorem Ecclesiis restituit. Sed causa tantum finita est in Concilio Rhiano ibiq mos Occidentalium Universæ Ecclesiæ rescriptus. —

4.o Eusebius cujus cæteri omnes utiuntur testimonio hac de Ecclesiarum dissensione ita loquit ut revera non a communione segregasse Asiaticos persepius colligat. Ait enim H. E. L. V. c. 25. de ipso Victore ΑΠΟΤΕΜΝΕΙΝ πειρᾶται abscindere conatus. De Irenæo vero ipso hortatur

Victorem

Victorem ne segregaret ἀποκοπτοις, nondum igitur segregaverat ante illius Epistolas. Nec postea vero segregasse inde patet, quia Irenæum episcopum appellat paulo antea. Verbum autem ΣΥΝΕΞΕΣΘΑΙ quod Clarissimus Irenæus ait significare Prosecutionem datis literis prescriptam, nil aliud sibi vult quin infamia notare Victorem in aliquem civilem orationem. — —

Controversiæ Theologicæ Seculi 3ii et primus Stephanus Excommunicationis sententiam tulerit in Afros?

Quatuor sunt præcipue huius ævi controversiæ.

1ª Fuit de mille annorum regno quod Christus ageret inter homines ante orbis terrarum exitium. In Origenem enim qui sententiam hanc reprobaverat surrexit Nepos Episcopus Ægyptius qui in libro contra Allegoristas ea tutatus est. At Dyonisius Alexandrinus binis de promissionibus libris Orientem hanc tempestate compescuit.

2ª Origenes ipse in causa iterum fuit cognitionis quod ab Episcopo Cæsareæ et Hierosolymitano Sacerdotio ordinaretur passus est. Demetrius enim Alexandrinus Episcopus eo gradu illum ingenium præmunivit quia se ipsum evirasset. Hic inde forsan veteres acquisivit quia in libro quo de principiis errores quos plurimi reperti sunt. Demetrius itaq Concilio ceu vasto numero Præceptores in Schola Alexandrina et Sacerdotii honore ~~spoliavit~~ spoliavit — spoliavit

3ª cum Cyprianus Carthaginensis Episcopus nimia indulgentia Martyrum libellos pacis tradentium iis qui sub Decio sua deseruerant a Religione fortiter obstitisset, magna inde lites ortæ sunt: illum tu Victor dixisset.

4ª Controversia de Baptismo iterando inde suspicor enatam esse quia cum nonnulli hæreticorum formam baptismi substantialiter ortho- dox in Ecclesia Asiatica et Africana id moris cum obtinerent illis baptismum iterum conferendi qui ab hæresi ad Ecclesiam redirent. At cum Firmilianus Cæsareæ in Cappadocia Episcopus et Cyprianus Carthaginensis Antistes id ita tuerentur quasi hæretici Spiritum S. conferre non valerent, quia non habebant ideo Concilium Sacerdotio firmarent. Stephanus Patriarcha restituit et nihil innovandum de tra- ditionum Majorum servandam esse declaravit. —

At in eos etiam Excommunicationis sententiam tulit: id enim Firmilianus

vocat

aperte in Epistolis suis docet, et ipse Dionysius Alexandrinus confirmat. Ita quidem Novatio visum est. Potius autem non sic: 1° Quia Firmiliani verba excommunicationis sententiam non innuunt seu separationem. Nam quam Stephanus minatus est: cum Legatos Asiæ non admittere noluit. Et re quidem vera Cyprianus iterum Litteras ad Stephanum postea dedit eumq Fratrem nominavit in Epistola de Conjugium. 2° Verum non est, Dionysium ullis verbis illis in Epistola sua neq se cum illis communicare velle, sed aliud videre scilicet nonnullos illis communicaturos quæ verba minas tantum sapere videntur. Vide Cuseburn Lt. C. L. L. S. - 3° Si sententiam talem tulerat Stephanus cur successores ejus cum Asiis haud intermissa baptismi reiteratione communicarunt? 4. Credendum igit potius Hieronymo et Augustino qui disertis testantur quem reipsam non finisse. De his omnibus pravis et clarius in Prælectione. -

Sæculi 1ⁱ Hæreses præcipuæ. - I Gnostici

